

~~J 557.~~ K 82,14°

Matthias Quad



EVROPAE TOTIVS ORBIS TERRARVM PARTIS PRAESTANTISSIMAE, VNIVERSALIS ET PARTICVLARIS DESCRIPTIO *

Aere potes paruo Regiones visere multas
Quas Liber hic tenuis, spectator candide, monstrat.

COLONIAE
Ex officina typographica Iani Bussemechers.
ANNO MD XCIIII.


ÖFFENTL. BIBLIOTHEK
ZU DETMOLD

EVROPAE PRAE-CONIVM.

Ars, Mars, ſors, celebrem, inuictam, claram atq; potentem
Reddidit Europam, laude, decore, bonis.
Non Aſiæ campi patulæ, nec America magna,
Non dotes tantas Africa tellus habet.
Diuitijs nulli eſt, nec fertilitate ſecunda,
Vrbibus, aut ſyluis, montibus, aut fluuijs.
Sic meritò ter eris, Europa, quater ¿ beata,
Quam bona tot Diuum numine tanta beant.

M. Q. Chalc.


PHILIPPVS CRATZ A SCHARPFENSTEIN DECANVS MOGVNT. ET PRÆPOSITVS FRANCKOF.

ADMODVM REVERENDO AC NOBILI DOMINO, D. PHILIPPO CRATZ ASCHARFFENSTEIN METROPOLITANAE MOGVNTINENSIS ECCLESIAE DECANO, NEC NON FRANCOFVRTENSIS AD S. BARTHOLOMÆVM ECCLES. PRÆPOSITO DIGNISSIMO DOMINO AC MOECENATI SVO OBSERVANDISSIMO.

Opuſculum hoc Geographicum lubens merito dedicat conſecratq́; Ioannes Buſſemecher ciuis & eiconopola Colonienſis.

AD CANDIDVM LECTOREM PRÆFATIO.

Matthiæ Quadi chalcographi.



DMIRARI fortasse possit aliquis, lector amice, quid opusculi huius authori in mentem venerit, laborem tētare inanē atq; inutilem; cùm hic non solùm noui nihil, sed ne perfecti quippiam se inuenturum prima fronte sperare queat. Haud equidem inficior nullum in tractatu hoc verbum inuentum iri quod non dictum sit prius. quocirca etiam me ipsum harum enarrationum authorem vt facere non desidero, sic etiam ingenuè fatebor nullo me id iure posse. Vt autem causam ac rationem editionis huius beneuolus lector cognoscat; ipsum mentem meam, atque occasionem quæ ad laborem hunc me impulit non celabo. Cùm paucis his annis tabellas aliquot Geographicas in ære exarassem honesto viro Ioanni Bussemecher ciui & eiconopolæ Agrippinensi, viro & amico meo, eaq; omnes solius Europæ prouinciarum typos exhiberent; rogatus ab eodem sum, vt qua fieri posset breuitate ac perspicuitate easdem stylo exornarem, quo aptius complicari, compendiosius compingi, atque in libelli formam redigi possent. Obijcienti autem mihi, hanc rem non nouam futuram, cùm eiusmodi operibus sufficientissimè incubuerint multi non modò ante nostra tempora viri doctissimi earumq; rerum peritissimi; sed etiam hoc nostro tempore multò felicius illustrius atque elegantius, cùm in tabularum exaratione, tum in earundem explicatione à varijs ijsq; eruditissimis ingenijs tentatum ac præstitum illud sit, adeoq; perfectè & exactè vt vix sperari possit, à posteris laborem istum adæquatum, nedum superatum iri. quis enim non adamarit laboriosissimum Munsteri opus? quis non Hogenbergianam manum politissimam? aut denique Ortelij eruditissimum atque absolutissimum opus Cosmographicum admirabitur. vt interim & vetus & renouatum illud Cornelij Iodæi Speculum silentio præteream; aut quæ de littoribus ac portubus marinis potiorisque Oceani partis VVagenerus ille Enchusianus edidit, auxilio peritissimę Io. Dotecomensis manus. Talia (inquam) obijcienti mihi respondit, non inficere sese opera ista illustria multum, ac vendibilia satis esse: veruntamen non esse cuiusuis facultatis ista sibi comparare, cùm propter immensum precium, tum propter circunferendi oneris molestiam. imò quantum ex varijs hinc inde mer-

cantium atq; emptorũ ſermonibus conijcere potuerit nõ dubitare ſe quin labor ille permultis futurus ſit gratiſſimus. Tentabam igitur alio modo onus iſtud ſubterfugere, quòd non ignoraret in vrbe hac tam magnifica, doctorum virorum copiam eſſe haud paruam, ex ijſq; multos huic negotio aptiſſimos, ſibiq́ue notiſſimos, eorum ſaltem primum ſibi obuium ad chartulas has deſcribendas ſollicitaret. Ille rem tanti momenti non eſſe prætendens, impenſas fortaſſe maiores euitare ſtuduit. Quid multa? Si Fabricium & incomptis Curium capillis vtilem bello tulit & Camillum ſæua paupertas; & mihi pauperi ſcholaſtico ignoſcendum aliquo modo erit, quòd lucri auidus pro exiguo precio itineri iſti quantumuis mancus & claudus me accinxerim. Hæ etenim lucubrationes meæ prẽterita hac hyeme fuêre; & interdiu laminarum ſcalptura defatigato (ſi modo vlla in iucundo iſto exercitio defatigatio eſſe poteſt) Coſmographorum aliorumq́ue authorum lectio & deſcriptio horis veſpertinis recreationes iucundiſſimæ. quid, quòd hac quoque occaſione oculis meis conſuluerim, cùm plurimum æneorum ſulcorum ad candelam ſplendor ac rutilatio viſui obeſſe eredatur. iſtoq́ue exercitio intermiſſa dudum ſtudia aliquo modo recoluerim; maioreq́ue fructu in Coſmographorum peruolutione vel ob hoc verſatus fuerim, quando incidens in ea loca quæ ipſe aliquando peragraui, cùm nauicularis Batauo cuidam Nautę inſeruiens in Septentrionali ora verſarẽ; ex eorum vel recta vel praua deſcriptione, aliorũ quoq; locorum faciliorem cõiecturam facere potuerim. Lucubrationes aũt haſce appellaui meas, non quòd earũ me authorẽ fecerim, ſed quòd ex alijs diuerſis ſcriptoribus ea excerpſerim, collegerim, deſcripſerim, & in ordinẽ concinnũ redegerim; vt quantũ fieri potuit ſingulæ tabularum enarrationes prolixitate ſibi correſpõderent. ea tantùm inſerere ſtudens quæ ad rẽ maximè facerent: & ſi quæ in alijs aut prolixè nimis aut obſcurè dicerentur, qua fieri potuit breuitate & perſpicuitate ea comprehenderem. ſi quæ verò præterea mihi occurrebant notatu digna, quæ vel ipſa mihi viſa, vel ab alijs fide dignis relata aliquando erant, audacter inſerui; nulla nec ineruditi nec puerilis ſtyli mei habita ratione. ex hoc ſiquidem opuſculo hiſtoriam ſaltem, non autem Latinitatem diſcendam eſſe, neminem ſanæ mentis ignorare conſiderabam. Quocirca etiam, ſi meus permanſiſſet libellus, nulli illuſtrium virorum nuncupare eum auſus fuiſſem. quòd autem à typographo ſupradicto factum hoc eſt, in mea poteſtate non erat ipſi hoc prohibere; cùm enim laborem meum vendideram, meus non amplius erat, ſed impreſſoris. Si verò ad hæc interrogare quis curioſius voluerit, cur aut non omnes Mundi partes deſcribendas; aut ſi non omnes, ex illis tamen Europam omnium minimam ſuſceperimus. talia roganti reſpondere mihi cum philoſopho iſto licebit, interrogato quare tam paruę ſtaturæ vxorem duxiſſet? ex multis malis minimum eſſe eligendum. non quòd Europam hoc reſponſo malam pronunciem; ſed finge quatuor iſtas Orbis partes malas eſſe, earum ſi Europa minimè mala fuerit, neceſſario ſequetur ſi bo-

nas esse eas dixeris, hanc earum optimam esse. Quòd autem eam solam in manus susceperimus, hinc factum est, partim quòd instituti nostri non erat perfectum atque absolutum aliquod opus Cosmographicum pertractare: partim Nasonis sententiæ memores vbi ait: *Nescio qua natale solum dulcedine cunctos. Ducit & immemores res non sinit esse sui.* Arbitrati sumus præsentem libellum ab Europæ incolis potissimum quæsitum atque emptum iri, siue per eam peregrinantibus, qui viarum indicis loco vti eo possent; siue domi residentibus, quò vicinarum ac circumiacentium patriæ suæ regionum mores, situm & occasionem ex eodem addiscerent. Potest autem nobilissima hæc Europa nostra, aut situs eius nulli vel rei vel formę aptius accommodari quàm virgineæ; sicut etiam reuera nobilis virgo Europa fuit. ideoq; etiam haud rude inuentum autoris illius fuit qui eam sub specie puellæ olim ob oculos posuit. cuius typum ante annos septem ornatiorem aliquanto & locupletiorem in æs incisum exhibuimus, addita explicatiuncula quadam Germanica. Fuit præterea Europa ista summo Ioui vnicè adamata, ità, vt eam humeris quoque ac dorso gestare dignatus sit: ita & videmus huic nostræ Europæ plura atque insigniora dona à Deo tributa esse quàm vlli reliquarum Terræ partium. Et quemadmodum omnia corporis humani membra singularibus suis ac specialibus dotata sunt virtutibus ac donis, neque in vno solo (imò ne præstantissimo quidem) membro omnes sunt sensus atque munera corporis locata; sic videmus omnes totius Europæ prouincias singularibus suis fructibus ac prouentibus ditatas esse; neque in vna sola (imò ne vberrima quidem) prouincia cunctas diuitias simul nasci. sed vt singula membra reliquis vniuersis ac singulis seruire coguntur, si modò aliorum quoque ope & auxilio in necessitatibus suis vti ac frui desiderant: sic etiam natio aut gens nulla est quæ non operam suam reliquis terris ac regionibus locare cogatur, vt vicissim sibi ab illis inseruiatur. Vt autem simpliciores, imperitioresque chartarum aliquem quoque vsum habeant, hoc exercitio cuiuis, cùm in Europæ & Germaniæ tabella, tum in reliquis etiam secundum ea quæ complectuntur, opus erit. Ante omnia fac, studiosè spectator, vt sæpius inspicias Europæ tabulam, quo ex frequenti eius intuitu situm regionum discas, memoriaque complectaris, sciasq; in qua plaga hæc vel illa locetur regio, si cum tua in qua versaris, conferatur. Disces etiam hinc, si quis Basileæ vel Moguntiæ nauem ingrediatur, quomodo sine pedestri itinere peruenire possit vsque ad Compestellam Galliciæ, vel ad Lissibonam Portugalliæ. licebit enim per Rhenum descendere vsque ad Oceanum Germanicum, ac deinde inter Angliam & Flandriam Normandiamque traijcere ad littòra Hispaniæ. Si quis Venetijs Constantinopolim per mare venire conetur, huic sulcandum erit mare Adriaticum, ac deinde iuxta Moream nauis in Septentrionem per mare Ageum, Hellespontum ac Propontidem vsque Bizantium ducenda, quæ vrbs quoque maritima est. Ex Germania tamen multò commodius ac breuiori itinere potest ad eam vrbem nauigari per Danu-

bium, qui rectà fluit ad Ortum, nisi quòd ostia eius parum Septentrionalio ra sunt vrbe ipsa. quòd si ex Germania libuerit pedibus proficisci in regionem aliquam longinquam, docebit quoque te tabula quô & per quæ loca sit eundum. exempli gratia: si Moguntia in Siciliam pedes iter facere volueris, ilico videbis Siciliam respectu tuę mansionis esse in Meridie, tibiq; eundum per Italiam vsque ad Calabriam, & ibi traijciendum fretum angustum. Haud secus ages, si itinere pedestri cupias visitare limina Sancti Iacobi in Hispania. conspecta enim Europę tabula, videbis peragrandam Galliam, ac deinde transcendendos montes Pyrenęos, &c. Atque hęc quidem de fructu & vtilitate quam ex perlustratione Geographicarum tabellarum percipere lector poterit. Quoniam autem paulò antè virginis Europę aliquam fecimus mentionem, si ex studiosa iuuentute historiam eius rei cognoscere quispiam desiderarit, eam sic se habere sciat: Cùm Mercurius iussu patris in Phœniciam transgressus esset, vt armenta illius regionis ad littus compelleret, Iupiter in taurum conuersus est: qui cùm se iuuencis Agenoris regis immiscuisset, in amorem sui spatiantes in arena virgines consistere coëgit, ac paulatim ad singulas alludens, nouissimè Europam Agenoris filiam, cuius amore compulsus auerterat figuram, insidentem sibi tergo per mare in insulam Cretam detulit, ibiq; concubitu eius fructus est. Verba autem Nasonis ad finem lib. 2. Metam. hęc sunt:


Has vbi verborum pœnas, mentisq; prophanæ
Cœpit Atlantiades, dictas à Pallade terras
Linquit, & ingreditur iactatis ætherea pennis.
Seuocat hunc genitor, nec causam fassus amoris
Fide minister, ait, iussorum nate meorum,
Pelle moram, subitoq; celer delabere cursu,
Quaq; tuam matrem tellus à parte sinistra
Suspicit, (indigenæ Sidonida nomine dicunt)
Hanc pete, quoq; procul montano gramine pasci
Armentum regale vides, ad littora verte.
Dixit, & expulsi iamdudum monte iuuenci
Littora iussa petunt. vbi magni filia regis
Ludere virginibus Tyrijs comitata solebat.
Non bene conueniunt, nec in vna sede morantur
Maiestas & amor. sceptri grauitate relicta
Ille pater, rectorq; Deûm, cui dextra trisulcis
Ignibus armata est, qui nutu concutit Orbem,
Induitur faciem tauri, mistusq; iuuencis
Mugit, & in teneris formosus obambulat herbis.
Quippe color niuis est, quam nec vestigia duri
Calcauêre pedis, nec soluit aquaticus Auster.
Colla toris extant, armis palearia pendent.
Cornua parua quidem, sed quæ contendere posses

Facta manu, puraq; magis pellucida gemma.
Nullæ in fronte minæ, nec formidabile lumen,
Pacem vultus habet. miratur Agenore nata
Quòd tam formosus, quòd prælia nulla minetur.
Sed quamuis mitem metuit contingere primò,
Mox adit, & flores ad candida porrigit ora.
Gaudet amans: & dum veniat sperata voluptas,
Oscula dat manibus (vix ah, vix cætera differt)
Et nunc alludit, viridiq; exultat in herba,
Nunc latus in fuluis niueum deponit arenis,
Paulatimq; metu dempto, nunc pectora præbet
Virginea palpanda manu, modò cornua sertis
Impedienda nouis, ausa est quoq; regia virgo
Nescia quem premeret, tergo considere tauri.
Tum Deus à terra, siccoq; à littore sensim
Falsa pedum primis vestigia ponit in vndis,
Inde abit vlterius, mediisq; per æquora Ponti
Fert prædam. pauet hæc, littusq; ablata relictum
Respicit, & dextra cornu tenet, altera dorso
Imposita est, tremulæ sinuantur flamine vestes.
Iamq; Deus posita fallacis imagine Tauri
Se confessus erat, Dictæaq; rura tenebat.

EVROPA.

EVropa quatuor terræ partium quamuis minima, reliquis tamen cum hominum frequentia, tum etiam fertilitate, si non superior, certè æqualis, cumq; optimis comparanda, vtpote populosissima & cultissima. Siue etiã terræ excellentiam metiri placcat, vel ex sua, ad animalium & inprimis hominis vitam sustentãdam ac fouendam commoditate, certè modis omnibus principatum tenere videbitur Europa, quippe cum felix prouentu rerum omnium, cum ad vitam sustentandam, tum tutandam contra morbos, herbas ferens medicas omnis generis, fructuum variorum suauissimorumque gaudens abundãtia, vini frumentique copia, cum & ea quæ delicatiorem quoque iuuãt vitam, abundè suppeditat, vt nil eorum quod desiderari possit humanis vsibus, ab alijs petendum sit: nisi quis gemmarum aut aromatum nil in ea nasci obijciat, neque tamen is negabit compensari rerum earum penuriam aliarum cùm non minus vtilium, tum quibus harum vice rectè vti liceat, copia & abundantia. Aëre cœloque vt plurimum fruitur temperatissimo ac clementissimo. Verùm sit certè magis felix, vel India, vel Africa, prouentu rerum ad delicatiorem vitam desideratarum (quod vix persuasum habeo), non tamen ideo terræ istæ videbuntur huic præferendæ, eò quòd non metienda videtur terrarum excellẽtia, vtensilium in eis copia, sed vtentium (propter quos illa creata sunt) frequentia. Est Asia magna, vastaque, habitatores pauci. Africa quamuis paulò minor, Europam tamen in triplo excedit, habitatorum verò huius illa vix habet partem mediam; ita vt verius à terra hi, quàm ab his terra habeatur. Atque hoc ipsum harum inopiæ argumentum magnum (hoc maximè tempore) quo nullum, vel minima fertilitate præditum, solum incultum maneat: quod Riphæi Alpesque montes perpetuis niuibus albicantes, verùmtamen habitati, abundè satis testatum faciunt. Asiæ verò Africæque magnæ & vastæ solitudines, animantium vitæ nulla in parte seruientes, ex Solis ardoribus arenis tectæ, squalentes agri, sordidiq;, vt visentibus etiã horrorem incutiant: At hæc Europa, parua quidem, cultissima tamen & populosissima, qua in parte sola etiam totam seu Asiam, seu Africam excedit, nitens, totaq; habitata, præterquam in exigua parte, quæ ob frigoris iniuriam vix aut ægrè habitari potest, populos gignens pugnaces, fortesque agrorum & vrbium cultores: legibus benè constitutas Respublicas tenens, fructuum optimorum feracissima, metalla etiam seu minæralia omnia habens, pecudum mitium ditissima, cùm & ferarum non minus vtilium alat copiam, nociuarumque raritatem iactet. Europa tamen vnde hoc nomen acceperit, quisve eius autor extiterit, à nullo mortalium compertum est: nisi quod dicimus ab Europa Agenoris Phœnicum Regis filia nomen accepisse Regionẽ, nec antè, sicut cæteras nomẽ habuisse. Incolæ ingenio semper acri, animoq; forti sunt & fuerunt, vt sæpius his animi & corporis dotibus totum imperio suo Mundum subdiderint: & fatale ipsis esse videatur, reliquis terræ partibus imperare: vt ex fortissimè Alexandri Magni rebus gestis apparet, imprimis tamen Romanorum. Atque hodierno etiam tempore videmus, longissimè remotas terras à plerisque nostratibus Regibus & Principibus teneri ac gubernari. Hanc autem Europam hodie vulgò Imperium Romanum. frequentius autem (quod etiam latius patet) Christianismum vel Christianatum, siue Orbem Christianum vocitare solemus: quamuis (proh dolor) plurimis in locis, Turcarum crudeli vastatione, penitus extirpata sit fides Christiana. Terminos autem huius Europæ, eiusq; amplitudinem, quot, quæ & quanta Regna, Ducatus, Comitatus, &c. complectatur superfluum hîc enarrare ducimus: ille enim typus adiectus ob oculos nobis ponet, hæc autem ex sequentibus tabulis, quæ singulæ membra sunt huius Europæ, apparebunt.


MARE SEPTENTRIONALE
Oceanus Scythicus
Islandia
Oceanus Deucaledonius
EVROPA
Oceanus Germanicus
Oceanus Cantabricus
OCCIDENS
ORIENS
TARTA
PERMIA
CATTACHI
GEORGIANI
IVRCOMANI
CARMANIA
MESOPOTAMIA
PONTVS EVXINVS
MARE
MEDITERRANEVM
AFRICAE PARS



GERMANIA.

GErmania totius Europæ regio maxima & florentissima. Populos vero qui veterē incoluere Germaniā, recensēt Corn. Tacitus, Indigenas quidē Teutones, Cimbros, Marsos, Gambriuios, Sueuos, Vandalos, Batauos, Caninefates, Mathiacos, Cattos, Vsipios, Teucteros, Bructeros, Chamanos, Angriuarios, Dulgibinos, Chasuarios, Frisios, Chancos, Cheruscos, Fosos, Semnones, Longobardos, Rendignos, Auiones, Angilos, Varmos, Endoses, Suardones, Nuithones, Nariscos, Hermunduros, Marcomannos, Quados, Marsignos, Gothinos, Osos, Burios, Lygios, Arios, Heluecones, Manimos, Elysios, Naharnales, Gothones, Rugios, Lemonios, Suiones, Peucinos siue Basternas, Fennos ac Venedos. Terra insuper ipsa, teste Solino, hominum diues, & populis immensis frequens, qui si cum reliquis conferantur regionibus, minimum fuci, plurimū antiquæ sinceritatis ac fidei: & rusticanæ, vt dici solet, veritatis obtinēt. Tacitus inquit: Fœnus agitare, & in vsuras extendere, ignotum, eò quod minimè auari, fraudulenti ac subdoli essent, rerū nuda ac simplici permutatione vtebantur, merces dabāt, merces recipiebant, contenti sua sorte, vtpote apud quos plus valebant boni mores, q̄ alibi bonæ leges. Sermo gentis longè lateq̄; susus, sua tamen idiomata habet, gaudet vocibus primigenijs monosyllabis. Porrò Germanorum littoraliū, quos vetustas VVigevvonas appellauit, & Insularium lingua mollior, vt Francorū, veterum qui Chancorum pars fuēre. Saxonū Frisiorumq̄; ac Danorum, Mediterraneorū seu Herdvvonum, durior, vt Sueuorū, Quadorum, Marcomannorum, & Hermundurorū, vti hodie in transdanubianis regionibus. Pannonia prima, & Rhætia Norico loquūtur. Ipsam tandem Germaniam Corn. Tacitus informem terris, inquit esse, asperam cœlo, tristem cultu aspectuq̄;, ac in vniuersum aut syluis horridam, aut paludibus infœcundam. Humidiorem qua Gallias, ventosiorem qua Noricum ac Pannoniam aspicit: Frugiferarum arborum & omnis culturæ impatientem, sterilem, pecorum tamen fœcundam, sed plerunque improcerorum; auro atque argento immunem, & propterea vilem despectamq̄ue ab omnibus. Hodie regio est adeo amœna, adeò pulcherrimis nitidisq̄; vrbibus, castris ac pagis passim exornata & culta vt non Italiæ, non Galliæ, non Hispaniæ ipsa cedat. Cœlum satis clemens habet, agrorum camporumque fertilitatem optandam: sunt colles aprici, sunt nemora opaca, frumentorum abundantia, viniferi montes. Mille hîc iam hortorum ac villarum deliciæ, nulla viridaria pomariáve, nullæ consitiones, nulla tempe, nulla vineta desiderantur. Solum ipsum hordeo, tritico, siligine, farre, milio, auena ac omni frumentorum, leguminum atq; obsoniorum genere ferax, campi vberes, prata læta. Sunt clarissimi amnes, mineræ salis plurimæ: Thermæ salubres, aquas calentes passim producente natura. Non argenti, iam non auri, non margaritarum tandem hic incognitus vsus est. Vniuersa & Gallia & Hispania & Italia argentum ex Germano negotiatore omne habuit, priusquam ad Indias nauigatio aperta foret Metallorum ita omne genus habet, vt nec auro sit priuata, horum iam inuestigatis mineris, hoc infeliciores sunt, quod miseros in terræ viscera iam auri sitis intruserit. Hic nulla non litterarum cognitio, legumve disciplina, nulla non bonarum artium studia florent. Videat igitur hic Tacitus noster, quàm sæpe bona materia cesset sine artifice. Quid, quòd præclarissimorum ingeniorum sit feracissima. quid enim solertius vnquam aut vtilius inueniri potuit typographia; quod inuentum solertius & aduersus Christiani nominis hostem vtilius instrumento isto bellico quam bombardam vulgò vocamus (quamuis non inficio omnium rerum, etiam optimarum, magnum esse posse abusum. Nónne & amœnum illud (quamuis leue) tympanum militare, quem trummulum vocamus: vt innumera alia omittamus.


GERMANIA cuius incolæ antea Teutones appellabantur à Teutone Deo eorum quem Terræ eorũ ortũ exstimabant, siue à Teutano oppido cuius adhuc re-
mues supersunt religiõe etiam hodie nomen seruantes. Germaniæ Etymon ex sua petitũ est lingua. quæ u. siue ger tetũ sonat, et mau viri, quos planè veros Ideõ decet. Alma
ni vocabuli quod superiorib⁹ idem significat quod Germanus superioribus. Illi in pro eo quod est tetũ dicunt all, quod in superiori Germania quæ vel sub dici est audimus.
Die Oosterſee
PRVSSIA
GERMANIÆ NON VERA MINVS QVAM COMPENDIOSA DESCRIPTIO.
Teutſchlandt
Militaria Germaniæ parua me diocria ma ma.
Allmaigne
Coloniæ Agrippinæ
excu. Ian Busemaker
1589

Porrò vix est in Europa terra alia quæ maioribus fluminibus irrigetur quàm hæc: è quibus vndecim numerantur præcipua nauigabilia; horum primum est Danubius, alterum Rhenus, de quibus suo loco, reliqua Nicer aut Nicrus qui & Neccharus dicitur, Mœnus, Amasus, Visurgis, Albis, Sueuus, Viadrus, Vistula, Mosella, quæ pluribus concomitata minoribus fluuijs, quorum numerandi locus hic non est, partim in Euxinum pontum, partim in mare Germanicum exonerantur. Montes verò nominatissimi sunt, Rolbergus, Mons Isidis, Melibocus, Pinifer, Hessus, Ostbergus, Senus, Sueuus, Pauonis, Rheticus, Seuo, Sprulius, Vocetius, Vosagus. Syluæ insunt plurimæ, duæ tamen præcipuæ, quarum Heroinia altera, quæ reliquarum ferè omnium mater: altera erit Martiana. Atque hæc quidem generaliter de Germania.

HELVETIA.


HEluetia cùm totius non modò Germaniæ sed etiam Europæ regio sit altissima, haud immeritò ab ipsa in singularum Germaniæ regionum enumeratione initium facimus; namque tota ferè inter Alpes sita summorum Europæ fluminum, veluti Rheni, Padi, Rhodani, &c. fontes complectitur, qui inde tanquam è loco excelso in varias Europæ partes decurrunt. Huius regionis potior pars hodie confœderatorum terra dicitur: continetq; vrbes ac diuastias seu præfecturas Vri, Svvitz, Vndervvalden, Tigurum, Luceriam, Zugam, VVallim, Claronam, Solodurum, Bernam, Apezellam, & nonnullas alias quæ omnes liberæ sunt, nulli parentes principi. Continet præterea valles aliquot, vt sunt Sungouia, Ergouia, Turgouia, Brisgouia, Nuithones seu Vchtlandiam, Auenticensem tractum, & Alsatiæ quoque partem, Episcopatus complectitur Basilæensem, Constantiensem, Losannensem & Curiensem. Comitatus verò infinitos propemodum, Habsburgensem, Kyburgensem, Grierensem, Sarganensensem, Badensem, Rheinfeldensem, & complures alios. Baronatuum vix est numerus. Habet autem & præter supra memoratas vrbes plures vix illis ignobiliores. Vindonissa olim celebris, nunc viculus tantum est, vulgò Windisch vocatur, forum Tyberij Keyserstul. Gaunodurum, Zurzacum siue Lauffenberg/Vitodurum, Winterdur. Arbor felix ad lacum Acronium, Arben/ vulgò Friburgum, Schafhusium, Sangallum. Gens est, vt Volaterranus ait, animæ prodiga, & reuera bellicosa, breui vtens armatura. Hodie viris iuuenibusque minimè ignominiosum est, & vaccas mulgere, & reliqua puellaria munia obire, quare mirum videri queat, eãdem gentem summæ fortitudinis, ac penè infinitæ seruitutis capacem. Tanta horum virtus ac potentia, vt & principes & Imperatores aliquot, dum eos subiugare niterẽtur, non solũm animus, sed & opes & sumptus defecerint: quod inuiolata eorum fœdera præstiterunt, cuius authores primi fuêre Vri, Svvitz, Vndervvalden: qui eiectis præfectis in libertatem sese vindicauit, anno Christi 1315. ijs deinceps se adiunxere Lucernates: post hos Zugenses, quos secuti sunt Tigurini, ac mox Bernenses, quos paulatim secuti sunt reliqui; postremi ferè ipsis accesserê Basileenses, ac Grisones seu Lepontij, Comensis lacus accolæ. Regio omnis salubri fruitur aëre: montosa est vsqueadeo, vt reliqua Europa vniuersa tot ingentia montium cacumina, tot fastigatas, ad nubes vsque rupes, tot ingentes perpetuo niue induratos montes in collium verticibus nusquam exhibeat atq; hæc regio. Valles rursum tantæ profunditatis, vt abyssum intueri videâre. Ita tamen aspera duraque hæc tellus, incolarum indefesso labore, industria ac cultura mitescere cœpit, vt nulla parte sterilis sit; quin ad vitam sustentandam producat non solùm necessaria, sed & ea quæ luxui ac delicijs inseruiunt. Frumentum abundè profert, quamquam plerisque in locis, nisi gleba exusta fuerit, sementem frustra proieceris, verum huic incommodo agricolarum labor ac industria occurrit. Vinum multa loca adeo generosum gignunt, vt Rhenense longè superet & sapore & virtute. Heluetij præterea armentis abundant, vnde magna ipsis annonæ facilitas accedit, quam augent venatio frequẽs, aucupium singulare, piscatio ditissima, tot non solùm fluminum sed & lacuum amplissimorum ac piscosissimorum. Et cùm infinitus ferè fluuiorum ex montibus Heluetiæ scaturientium sit numerus: eorum ortus cursusq; tabulam attentius inspicienti offerentur. Lacuum amplissimorum, nusquam maior numerus quàm in hac prouincia, quorum nominatissimus est Bodanicus, quem & Brigantinum à Brigantio oppido, & Acronũ seu Acronium, itẽ Constantiẽsem & Venetũ appellant, eum Rhenus perlabitur, nec miscens, aquã suam, incorruptus inde exit. In Occidente habet lacum


HELVETIA
Rhæto hæc montana et coccelsa, plurimorum totius Europæ fluviorum mater, multi subiecta vel Reges vel Principes, vrbes prouincias habet crudecim, Videlicet Bernam, Lucernam, Vriam, Schwitz, Vnderwalden, Tigurum, Glaris, Basileam, Friburgum, Solodurum, Schaffhusiam et Abbatis cellam. Quibus post ea se adiunxerunt Rotwilla, Sangallum, Bienna, et Mulhusium. Penes has totius prouinciæ est gubernatio. Earum nanq; Senatus in Comitia de rebus quæ communes in priuatis vero suæ quisq; ciuitatis præsides, & singulæ vno nomine confœderati appellantur.
Johan. Wolfgangus Goldtacher, gravabit
Helvetii
Vindelici
Rhætia
Vindelicia
Vennones
Comitatus Tirolis
Bardiani populi
Sedani populi
Wallisserii
Lacus Lemannus
Sequani
Burgundiae pars
Alpes Graiae et Penninae
Alpes Cottiae
Schwabenland
Scala miliarium Helveticorum

Neoburgẽſem, lacũ Lemannũ. In Meridie ſunt Verbanus lacus, Gauni lacus, Larius lacus, Seuinus lacus, Benacus lacus. Mediteranei aũt lacus ſunt Lucerianus, Tigurinus, Riuanius ac nõnulli alij. His miraculi cauſſa annumerato etiam lacũ Pilati, qui in monte, quem Montem Fractum vocant inter Luceriam ac Syluaniam, vulgò Vnderwalden, penè in ſummo montis iugo, paludinoſo ſolitarioque ſitus, ſyluis vndique circumdatur, ne ſcilicet à quoquam irritetur. Fertur enim ſummas ſæuiſſimasque tempeſtates eum cauſari, ſi quid data opera iniectum fuerit, quod accolæ experientia ſibi notum eſſe teſtantur. Locus eſt viſu horrendus, aqua ſuo alueo incluſa, nec exitum habet, neque flumen in ſe recipit aliquod, nec niuibus nec pluuijs augetur: Vento etiam minimè agitatur, quin ſemper ſibi ſimilis, nigras ſuas tuetur vndas, nec fas eſt peregrinis eum adire locum, ne temere quid inijciant, vnde vicina periclitetur regio. Montes hic enumerare haud opus erit, cùm notiores ſint per orbem Rhetij montes, quàm vt quiſquam eorum nomina deſideret: ſyluæ ſunt innumeræ; thermiſq; ſaluberrimis regio hæc abundat.

BOHEMIA.

BOiohemia, si interpreteris, Boiorum patriam seu domicilium significat (der Boierheim) nũc corruptius Bohemia. Boij autem Galliæ populi fuêre, haud procul ab Insubribus dissiti: ij à Cæsare victi Gallia excedentes, taliam transcenderunt, quos Romani finibus eiecerunt: Inde trans Rhenum in Germaniam profecti, Herciniæ Syluæ incinctos incoluerunt campos. Hos Boios è Boiohemo potentissimus Sueuorum populus Marcomanni depulere. Eiectis tandem è Boiohemo etiam Marcomannis Quadisq;, Sclauini Scythica & Barbara gens intrauerunt. Hodierni igitur Bohemiæ incolæ Sclaui sunt, quorum etiam idiomate vtuntur. Habet hoc Regnum vltra 30. vrbes immediatè Regno subiectas: reliquas autem Principes Regni, Primates, Barones, Comites atque Nobiles sibi vendicant. Praga, Casurgis Ptolomæo, Regni caput est ad Muldauiam amnem sita, hîc regia aula, & Archiepiscopatus est. vniuersali olim studio floruit, id hodie Lipsia Misniæ ciuitas obtinet. Egra vrbs à fluuio præterlabente sic cognominata, in vetterum Nariscorum sedibus, loco arte ac natura munitissimo sita, vtpote quæ maxima sui parte natiuæ rupi superstructa sit: intra mœnia ambitum continet 2. milliariorum, extra autem mœnia 3. nec procul ab vrbe fons est aquæ acidæ, saluberrimæ, quam eius incolæ bibunt auidissimè: præter hunc autem potum & cereuisiam. Medo autem, qui nusquam lautior meliorq; conficitur, affatim exhauritur. Litomeritium vineta habet. Kuttenbergium argenti fodinis diues est. Launum frumenti fructuumq; reliquorum prouentu felix est, Glatavvensium casei, Rakonicensium verò cereuisia commendatur. Bernum autem ferrifodinis ac sclopetis nobile est. Landtshutensium ager gemmifodinis celebratur. Gilouuium insuper auri, Rummavvargenti, Granpenum stanni, Schonbachium argenti viui, Linstadium plumbi, minæris fœcundæ sunt. Pardubitzenses autem gladij & enses magno vbique pretio sunt. Aére, quòd perpetuis Aquilonis flatibus exposita sit regio, fruuntur duriore ac frigidiore, nec tamen insalubri. Regio Hercinia sylua vndique cingitur, Albi ac Muldauia irrigatur. Ager ipse hordei ac tritici ferax, populo, pecore, ac piscibus abundat. Ferarum etiam ingentem habet copiam ob syluarum frequentiam, quæ vulpium, vrsorum, ceruorum, vrorumque seu bubalorum, quos lomi ipsi sua lingua vocitant, assiduam venationem præbent. De hac autem fera quam lomi ipsi vocant, perhibent, quòd venata vesicam (quam largam infra mandibulam in collo pensilem habet) aqua calidissima, dum canes insequentes fugit, impleat, eosq; hac cùm potestas datur, inspergat, qua quicquid tactum fuerit, aduritur, non secus ac si feruenti aquæ fuisset immersum, vt & pilos & cutem absumat. Metallicarum ac minæralium, item aromaticarum rerum pharmaceuticæ inseruientium, ditissima regio est. olei tamẽ, quemadmodum & reliqua Germania, sterilis est. Vino non caret omnino, austerum tamen & paulò acidius gignit. Ditiores autem nobiliori ac delicatiori vtuntur, ex Austria & Hungaria importato. Vicissim ipsi cereuisiam quam coquunt præstantissimam, in easdem regiones exportant. Thermis quoq; calidis & salubribus non destituitur hoc regnum. Mons Pinifer in eo, à pinuum quos profert, abundantia, sic dictus, & in Nariscorum ora situs, intra spacium duûm ferme millium passuum quatuor inclytos amnes non sine admiratione & naturæ maiestate effundit in quatuor Orbis cardines: idemq; mons auri, argenti, argenti viui, ferri, Sulphurisq; mineris fœtus, gemmarum etiam fodinas exhibet. inde dici solet, sæpenumero in monte Pinifero vaccam lapide peti, qui vacca sit pretiosior. Syluis regio hæc tanquam natiuo muro circumdatur: cuius pars ea quæ inter Occidentem & Septentrionem porrigitur Gabreta sylua Straboni dicitur: portio verò qua à Meridie ad Danubium vsque


Misniae pars
Septentrio
Silesiae
Occidens
Orions
Palatinatus
Moraviae Pars
Merhern
Austriae Pars
Meridies
Scala milliarium
BOHEMIA,

pertingit, Luna ſylua Ptolomæo vocatur, hodie Paſſauica ſylua, der Paſſawer waldt; verſus Occidentem qua Morauiæ contigua eſt, der Schieb vocatur. Vndique hæc Regio Germanis populis ſepta eſt. Terminatur enim ad Septentrionem Sileſijs ac Miſnenſibus, ad occaſum Voitlandia, Norico agro ac Palatinatum ſuperiori, ad Auſtria ſeu Pannonia inferiori, ad Ortum Morauis ac Sileſitarum parte, qui omnes Germani ſunt, quamuis ipſa regio, non Germanica, ſed ptopria ſibi loquatur lingua. hoc tamen cum Germanis, & præcipuè cum Saxonibus incolis terræ commnne eſt, quòd non magni ſed ingentes ſint potatores, vtpote qui, vbi potum è recenti dolio promptum guſtare inceperint; non deſiſtunt, neque diuerſorium egrediantur donec penitus ſit euacuatum. Aliàs magnanimi multum ſunt, & per omnia ferè leonibus comparandi, ſub cuius etiam ſidere naſcuntur. Colligitur autem regio hæc ab Occaſu in Ortum, hoc eſt, in longum habere milliaria Germanica 41. aut Italica 164. ab Auſtro autem in Boream milliaria Germanica 26. aut Italica 104.

AVSTRIA.

AVstriæ nomen recenti seculo natum esse, refert Lazius, ante annos nimirum circiter quadringentos, ab Austri venti flatu qui ista in regione frequēs est: vel (quod verisimilius est) à similitudine Germanicæ appellationis Ostenreiche, quod nomen Orientali Regnorum suorum limiti Francorum Reges indiderant, sicut & Occidentali Westenreiche. Francorum vero Ostenreich ad Rhenum sita, postmodum Austrasia dicta, id nominis tandem penè amisit: quod tamen mox nouam sibi sedem reperit in Pannonijs, eodem Lazio teste, hic enim lib. 1. cap. 2. Comment. Gen. Aust. refert: Qui terræ tractus (loquens de Austrasia ad Rhenū sita in agro Gallico) cùm posterius Ludouico Pio, Caroli Magni filio extincto indiuisione, cum Italia & Imperio Lothario maiori natu cessisset, noua iam Austria Caroli Magni auspicio in finibus Pannoniæ & Norici excitata, veteri paulatim nomine abolito, Lothari regni appellationem sortitus erat, Lothreich aut Lothringen. Nostra autem hæc Austria prius Pannonia superior dicta fuit, quæ cùm amplissimi ducatus nomine comprehendatur, olim à multis varijsq; cultoribus fuit habitata, quorum primi numerantur Hebræi, hinc Iason cum socijs Argonātis, hos secuti sunt Cimmerij, post hos Agriani, mox Gallogræci, deinceps Romani has sibi sedes vendicarunt, quibus expulsis, eas sibi Hunni occupauerunt: ab his Chumanos & Bosnios descendisse, nostræ ætatis adhuc gentes iuxta Hungaros, coniectura est. Hinc Sarmatæ & Slaui depopulati sunt magis Pannonias, quàm quod obtinerent agros. Quados etiam Austriam seu Pannoniam, sed præcipuè Valeriam incursasse, testantur historiæ. Et quia post multas variasq; gentes quæ terram hanc diuersis temporibus incoluere, quas omnes recensere prolixum nimis foret, colluuies Barbarorum, deuictis Romanis amœnas montium conualles & loca metallis vinoq; fœcunda insederunt; hinc fit vt adhuc hodie qui Carpathum monte Daciamq; incolunt, & qui Pannoniam superiorem, Valeriamq; attingunt, Teutonicum omnes sonent, Austriaci autem nostri Francorum & Saxonum soboles Pannoniæ superioris partem, vbi hodie sunt Austriæ, Styriæq; confinia, sibi concessam armis ab Hungaris vindicarūt, ac summa fide tutantur. Diuiditur autem Austria in superiorem & inferiorem: quarum hæc citra illa cis Danubium cita est. Continet præterea Styriæ ducatum inter Danubium, Muer & Mierz fluuios protensum, cuius incolæ partim Germanico, partim Sclauonico vtuntur Idiomate: strumisq; maximè deformes sunt. Item ducatum Carinthiæ inter Muer & Dranum fl. situ. Item Carmiam, in Meridiem magis protensam. Comitatum præterea Tyrolensem inter Occidentem & Meridiem ac Siliensem ad Dranum fluuium: vsqueadeo amplus hic est Archiducatus. Regionis caput est Vienna Vindebona olim, postmodum Fauiana, tandem Fabiana, quod demum in Viennam detortum vocabulum putatur. quamuis à Viena amne seu torrente denominatam vrbem credant. Hanc nonnulli Iuliobonam à Ptolomæo vocatam contendunt. Est aūt munitissimum hoc Christianorum contra Turcas propugnaculū, vallis aggeribus fossisq; munitum, ædificijs ita instructum, vt quot domos videas, tot aulas principumq; palatia cernere videaris: ac præter nobilissimum Gymnasium, quo à Friderico II. Imp ornata est anno 1237. mercatu etiam frequens ac celebris est, agroq; gaudet fœcundissimo, & vt multa simul dicam: hæc vel opulentissimis Germaniæ Italiæq; ciuitatibus par est, ac quamplurimas etiam vincit. Habet & Patauium, Lintzium, Presburgum nobilissimas vrbes, ac complurimas his vix inferiores. Est & pagus Austriæ, cui S Stephano nomen est, duobus circiter miliaribus distans à Vienna qui proditur habere sepulchrum Theutanis, vnde nomen seruasse gens dicitur.


BOHEMIAE PARS
Moraviae
extrema
HVNGARIAE
Austriae pars
Austria
archiducatus
Johan. hasemeccher
excudit Coloniae
1593
Austria prisci Pannonia superior dicta, amplissimi Ducatus nomine comprehenditur: olimque a multis varijsque coloribus fuit habitata. Inter caput est Norax, Vindobona dict. post modum Vienna, quod demum in vitiosum detortum vocabulum putatur: quamuis a Viena amne sic correcte ifcommodam vrbem credant, quæ rectissimo sermone Italiano conflata par est. Fruaturque aere lato ac salubri. Quo Austrum spectat, regio est montosior, quæ Orientem, pulcherrimo tractu vicumque plana. Vina frumentaque ferracissima. Equorum et ovium habetur

Styriorum oppidum Greetz at Muer flu. ſitum eſt, Carinthiæ, Dragburgum & Lauamunda ad Tranum flu. Aere fruuntur læto & amœno, ſalubriq; ob Euri viciniam quo perflatur. Non deſunt tamen qui Styriorum ſtrumas aëris quo viuunt, imputent vitio. quamuis aquæ fontibusq; ipſorũ hoc potius imputãdum erit. Regio eſt qua Auſtrũ ſpectat montoſior: quâ ortum, paluſtris: medio tractu vtcunque plana ac leuiter deuexa. Fluminibus pluribus irrigua, ob idque fœcundior. vini frumentique feraciſsima, lignorum etiam copiam habens, amnesque piſculenti ſunt. Vini abundè ſatis præbet Bohemis, Morauis, Sileſijs vicinisq; Bauaris. Zinziber producit iuxta Hamburgum ad radicem Cæcij montis. Crocum etiam gignit perfectiſſimum. Styriæ montana vberrima frugum omnis generis ſunt, nec magnopere cultura egent. Ac Marchianus quoque campus patens, vulgò Marckvelt/croco, vino, frumento, & frugibus mirificè fertilis. Carinthia montibus attumulatur, vallibusque viciſſim deprimitur, quæ pabuli frumentique copiam exhibent. Tyrolenſis autem Comitatus vel cum ampliſſimo regno certat de redituum annuorum, quos ex montibus ære, auro argentoque ſcatentibus haurit abundantia. Sal coquunt Styrij quod in alias prouincias exportatur: ijdemq; argenti ac ferri minæras habent ditiſſimas.

Auſtriæ verò ciuitas Archiepiſcopalis Gran thermas habet ſaluberrimas. Syluis hinc inde conſperſa eſt regio, montibusque multis aſperatur. Fluminibus permultis etiam perfunditur, & lacus complures habet.

MORAVIA.

MOrauiæ seu Marauaniæ nomen à Marauaha flu qui eam perfluit regionem, deducitur. Multis tamen Marcher potiùs quam Merhern dicendi putatur: idque à Marcomannis Sueuorum populis. quorum quidem sententiam haud immeritò amplectimur, ij enim indubiè Morauiam tenuerunt, & postmodum etiam Bohemiam eiectis in Boijs, olim etiam Marcomanniam appellatam fuisse regionem hãc, in Bohemica sua historia testatur Ioannes Dubrauius. Non exiguam etiam Marauaniæ Silesiæq; partem Quados tenuisse constat, iuxta Lunam syluam. Marauaniam præterea quæ ad Istrum declinat, putantur coluisse Osi, quorum Tacitus meminit. Arrianus in Germanorum historia sua ad hunc modum scribit: Harum gentium extremi sunt Quadi & Marcomanni, post hos Iazyges Sarmatarum gens, hos sequuntur Getæ, eos autem magna Sarmatarum, hoc est, Tartarorum ac Polonorum pars. Sufficiat tamen vel hæc sola ratio quòd antiqua Marcomanorum sedes fuerit, nimirum quòd iuxta Hanam fluuium sæpius ab agricolis inter arandum inuenta fuerint numismata veterum Romanorum Imperatorum, inter cæteros autem M. Antonini, quem plurimæ testantur historiæ gentem hanc debellasse. moneta autem erat, ex hoste spolium, cum hac inscriptione DE MARCOMANNIS. Sunt etiam qui ex vocabuli etymo conijciant, deinceps Marcomannos eam Germaniæ prouinciam occupasse, quæ vulgò die Marck appellatur, seu Marchia Brandenburgensis vltra Albim, versus Oceanum, cultores enim eius die Mercker, hoc est, Marcomanni quasi Marckmenner dicuntur. Creduntur etiam Marcomanni à limite nomen sortiri, quem nos Marck vocamus. Non desunt qui ab equis nomen adeptos Marcomannos tradant, sicut Marschalcum equitũ præfectum, Marstallerũ equorũ stabuli magistrum appellamus: siquidem Marea & Merrhen nostrate lingua equum & equã significat, vnde Merrhenlandt interpretantur equarum regionem. probabilior tamen prior est ratio. Regni titulo olim hæc regio decorabatur, cuius Rex vicinis Bohemorum, Polonorumq; ducibus imperabat: nunc verò multò inferiori fortuna contenta, suis deinceps aliquamdiu ducibus, postmodum Marchionibus paruit, nunc distracta: eius tamen potior pars, ac penè tota Bohemiæ Regibus paret. Reliqua pars alijs Primoribus ac Baronibus subest. Gentis caput ac Marchionis sedes est Brin, Eburum, Olomontium Episcopalis sedes est, Volagradensis prius dicta. Vrbibus præter has plurimis, domibus, mœnibus, turribus, & id genus ædificijs clarissimis abundat: cuiusmodi sunt Zvoijma, Radisch, Iglauia, Nouaciuitas, Mõs Nicolai, Weißkirchen, Cremser, Boserlitz olim Marchionum sedes, & complures aliæ quarum nomina charta chorographica declarabit. Incolarum lingua est Sclauonica seu Bohemica, & Teutonica mirum in modum commixta atq; confusa. Aër loci mollior, atque ob id corruptioni magis obnoxius dicitur. Prouincia est vt populosa, ità frumenti ferax, pisculenta & nemorosa. Vinetis quoq; abundat maximè vbi in Oriẽtem vergit, quod inde abundè in Silesiam Bohemiamq; exportatur. Eius etiam campi præter necessariarum rerum mirificam fertilitatem vbertatemq; croci etiam optimi plurimum proferunt. Sudetæ montes iuxta Iglam vrbem minæris etiam fœti habentur. Regio quàm Bohemia minus montosa, non tamen prorsus plana. Ponit hoc loco Ptolomæus Orcynum nemus, Sudettam ac Gabrettam syluas. Flumina habet non pauca, quorum quatuor sunt præcipua Morava seu Marauaha, amnis piscosissimus, vulgò die Mahr qui regioni nomen dicitur indidisse, seu quod potius crediderim à regione sumpsisse sibi nomen: lambit mœnia Olomuntij, & regiunculam Austriæ Marckfeldensem, Suartzaha, Brinnam præterlabitur, & Theyæ mi-


MORAVIA
BOHE
MIAE
FINITIMA
Silesiae
PARS
HVNGARI
AE PARS
Austriae Septentrionalis
Milliaria communia

scetur. Theya vél Deins, qui nonnullis etiam Thisia vocatur, Zoijman præterfluit, & limitem Marauaniæ ac Austriæ statuit. Igla, à quo Iglauia vrbs nomen sortita est, dirimit Marauanos à Bohemis, & Morauiam quoque ingreditur: hisce & Hauam fluuium iungemus, vt plurimum temporis paruum quidem, vbi verò exundauerit, longè lateque omnes circum agros adeo humectatione sua fœcundantem, vt ab eius loci incolis haud immeritò adipis suæ fouea nuncupetur. Porrò regio hæc à diuo Methodio primum iussu Arnulphi Imperatoris ad fidem Christianam conuersa est, sub Henrico IIII. Imperat circa annũ Christi 895. postmodum tamen anno 1086. vnà cum Lusatia ac Silesia regno Bohemiæ attributa est. Denique regionis huius termini hi sunt: ad Orientem habet partim Hungariam, partim Austriam; ad Meridiem Austrum tantùm; ad Occidentem Bohemiam; ad Septentrionem Silesiam: ac initium sumit ex parte Occidentis sub gradibus longitudinis.

PRVSSIA.

PRussiæ nomen à Bructeris deriuatum credunt, voce nonnihil corrupta ac fracta: Bructeri enim ex VVestphalia à Charmauis & Angriuarijs eiecti, secedentes in Sarmatiam concesserè, & ad Baltheum mare, domitis aut expulsis Vlmigeris, consederunt: quod Claudianus hoc versu innuere videtur;

Venit accola syluæ
Bructerus Hercinię, latisq; paludibus exit
Cymbrus.

In Sarmatiam enim Hercinia propagatur. Verũ de Prussiæ nomine aliter sentit Erasmus Stella, ait enim Borussios populos, quos Ptolomæus ad Ryphæos montes collocat, non longè qua Tanais ex eis erumpit, infelicitate sua concitos (quòd perpetuis niuibus algoribusq; illic terra riget & ad omne naturæ mysterium damnata est) ad nouas sedes capessendas, patria egressos in hæc loca delapsos esse, terramq; vocabulõ gentilitio Brussiam appellasse, qua vsq; hodie vnius literæ suppressione vulgò dicitur. Rei fidem facit quòd etiamnum populi ad Ryphæas habitantes, eodem pariq; sermone quo hi vtantur. Prussij itaq; VVigevvonum populi sunt, ad Clylipenum sinum in Sarmatia Europæ, ac inter Vandalos numerantur: quorum sedes olim Burgundiones, Varinos, Gothones, Fennos, Aestios, Stagnanos, Sargatios, Sudinos, Gelidanos, Gillones, Charinos, Sulones, Subarios, Humligerosq; tenuisse ferunt, à quib. etiam hodie pars Prussiæ ad Vistulam, Culmigera vocitatur. Partitur eam more antiquo Erasmus Stella in Pomesaniam, Galingiliam, Natangiam, ac postmodum in Barthiam, Naoderitiam & Varnitiam, pro ducatu habetur hodie pars Orientalis, quæ Chrono seu Pregelio fluuio adiacet, Schalauniа & Graudia vocatur, His in Meridiẽ vicina est Bartenlandia, ac Meridionalior his Mazouia, ad Occidentem iuxta Elbingum fluuium Natangia remanet, & sub hac Huntavvia. His verò Occidentalior pars ad Vistulæ vtramque ripam iuxta Gedanense emporium Pomesania & Pomerellen vocatur. Culmigera autem quam Culmischlant vocant, ad Triebnitzam atq; Vistulã fluuium versus Meridiem sita est. In Septentrione autem Insula illa quam sinus efficit Venedicus, Samaiden vocatur. Vrbium omnium opulentissima est Dantiscum, proprio nomine Gedanum dictum. præter hanc maritimam quoque vrbem habet Koningspergum, Latinè Regium montem appellare licet, ad Chronum seu Bregelam amnem, in quo magni magistri ordinis Teutonicorum erat aliquando. Intus in Mediterranea, in ripa Vistulæ fluminis, insignis vrbs, Turream & Turroniam, vulgò Dorn vocant, similiter Marieburgum, Chulmen, Notangen, Samkand, Risenburgũ, Brunspergum, ac complures aliæ. Aere fruuntur frigidiore. Terra ipsa vasta, ampla, ac paludibus inuia. Frumenti ferax est, aquis irrigua, & plena colonis, multa ambitiosa oppida, multi maris sinuosi reflexus amœnam efficiunt; pecorum ingens vis, incæduæ syluæ, multa venatio, piscatio diues. Saltus Hercynius qui per Brussiam vagatur, multa ferarum genera gignit: alces, vulgò Ellendts vocant, onagros, vros seu bubalos germ. Auroxsen, & Bisontes, Buffalos dicunt: Præter illa & pelles quasdam non ignobiles mittunt hæ syluæ, quæ vestium fimbrijs principum hominum subduntur. Lectorum etiam stragula ex his consuunt, pretioq; ingenti vendunt. Habent etiam syluæ præter id suas diuitias, apum scilicet ingentem multitudinem, quarum alueos ceu natiuos, intra arbores ad hoc cauas cernere est, ex quibus tanta mellis & ceræ copia prouenit, vt Germaniæ, Britanniæq;, ac cæteris adiacentibus insulis commodè harum rerum vsum suppeditet. Ora illa quæ quasi peninsula est, ob sinuosos flexus maris, terramq; spatiosè in freta excurrentem, Samaiden vocant, succino abun-


Prussiæ Descriptio ante aliquot annos ab Henrico Zellio edita, ab eoq; D. Joanni Clur, Civi-Gedanensi dedit.
Johann bussemecher excudit Coloniæ
Maris Germanici Pars
Septentrio
Occidens
Oriens
Meridies
Scala miliarium
Pomeraniæ Pars
Poloniæ Pars
Mazouiæ
Danzig
Bromberg
Landeck

dat,in quam vi tempestatum idipsum aduehitur: id olim à Germanis Glessum vocatum est, inde Glessaria regio ipsa. quo loco autem succinum nascatur, scriptores non conueniunt,quidq́; succinum sit, controuersum quoque est: crediderunt nonnulli purgamentum esse maris concreti, quidam Solis radiorum succum esse putarunt,quos circa Occasum vehementiores in terram actos sudorem pinguem in eam partem Oceani relinquere; deinde æstuante mari in littora Germaniæ eijci dixerunt. Quidam verò è limo quorũdam montium Sole excalescente fluitare existimant,in herbido solo atq; algido,quod his montibus subest,indurari: Oceano illic efferuescente,inde rapi,& in proxima littora expelli. Plinius tradit Succinum gigni in insulis Septentrionalis Oceani,ipsumq́; nasci defluente medulla, ex pinei generis arboribus (sicut enim resina in Cerasis, ita & in pinis humoris abundantia erumpit) densamq́; rigore maris,eo intumescente ex insulis rapi,certoq; littore expelli,ita inuolutum herbis,vt ex his pendére videatur,salo expui. Fluminibus regio rigatur ad Ortum Chrono,ad Occasum & Meridiem Vistula. Mediterranea Elbingus flu. humectat. Sunt præter hos alij ignobiliores,Bro,Osa,Triebnitz,Brieg,ac innumeri ferè lacus. Eruditissimam huius regionis descriptionem reliquit nobis Andreas Aurifaber Vratislauiensis.

BRANDENBVRG.

COmplectitur hac tabula Marchionatũ Brandeburgẽſem,& maximam,Pomeraniæ partẽ,cuius tabulæ deſcriptionẽ primus ſolusq; præſtitit Gerardo Mercatori doctiſſimus Mathematicus & profeſſor in Academia Francfordiana ad Oderam Elias Camerarius, vir à quo multa in Aſtronomicis deſideratiſsima expectabantur ſi longiorem illi vitam conceſſiſſet Dominus, iam enim in obſeruatione motuum Solis,Lunæ ac ſtellarum diligentiſſimus erat,ad caſtigandos quos in ijs certò deprehendebat errores. Conſcripſit autem hanc tabulam non geometricis inſtrumentis vſus, vt cui propter academica negotia id integrum non fuit,ſed ex ſuis aliorumq́ue profectionibus, ſolerter admodum & circumſpectè,id quod experientia docuit,ſiquidem cùm reliquis circumſitis regionum tabulis hanc deſcriptionem conciliare Mercator vellet, vix vlla contractione aut extenſione opus fuit,ſed in eam quàm proximè longitudinem ac latitudinem exterioris loci iuxta ipſius dimenſiones poſiti incidebant,quam circumuicinæ tabulæ diligentiſſimè ab ipſo caſtigatæ & conciliatæ requirebant. Porrò ſic dicta eſt regio à metropoli in ea Brandeburgo,patria clariſſimi iſtius poëtæ Georgij Sabini : vnde autem nomen hoc ſortita ſit vrbs, ex eiuſdem poëtæ diſticho quodam intelligi poteſt; ſic enim ait in Hodœporico ſuo:

Italia quando digreſſus ab vrbe petebam.
A duce quæ Brenno condita nomen habet.

Brenneburgum enim à veteribus appellata eſt,ſed vulgus Brandeburgum pronunciat. burgum verò ſignificat propugnaculum, ἀπὸ τοῦ πύργου,& Brennus idem nomen eſt apud Germanos quod Galeatius, vt veteres illæ cantiones teſtantur quæ in Theodoricum Regem Gothorum extant. Significat igitur Brenniburgum, equitum ſeu Galeatorum vrbem. Tota autem hæc principis Electoris ditio in 7. aut 8. prouincias eſt diſtributa, quæ ſunt Aldemarck / Mittelmarck / Newmarck / Vckermarck / Pregnitz / Croſſen / ducatus Sterneberg & Cotbus dominia. Item pars Luſatiæ: inter quas proculdubio,tum ad conſeruationem & curam totius corporis,tum ad gubernationem populorum certus eſt ordinum ſtatus & politia. POMERANIA nomen accipit à Pomeſano Vidunti, primi Boruſsiorum regis filio. Diuiditur autẽ in ſuperiorem & inferiorem Pomeraniam,quarum hęc in Orientem vergens, Vandaliam,Caſſubiamq́; illa Stetinenſem,Barthienſemq́; ſeu VVolgaſtenſem ducatus ac Rugienſem inſulam complectitur. Oppidis egregiis exculta eſt, inſigniora tamen quæ habet,maritima ſunt,prẽter pauca quædam mediterranea,quorũ primum eſt Stetinum emporio celebre quod ex VVineta vrbe eò translatum eſt,totiusq; Pomeraniæ hodie eſt metropolis,amœniſſimũ habens ſitum. Habet præterea VViſmariam,Straelſundam oppidum,ſplendidũ olim ſuum habens principem,quẽ dixêre Bardenſem ducem; Gripeſvvaldũ à Ptolomæo Viritium iuxta coniecturam appellata; Roſtochium in quo liberalium artium florens Academia, quam impetrarunt ciues ac Magnopolenſes ſeu Mechelburgenſes principes,anno Chriſti 1415. accerſitis magiſtris ac doctoribus potiſſimũ ex Erphordienſi Gymnaſio, quod & ipſa recens tum ſchola erat,annos necdum habẽs 30. Eſt verò is locus Roſtochienſis in eã rem non incongruens, quòd aẽris ſalubritas, & victualium omnis generis leui pretio ibi magna ſit copia. Caminum Epiſcopalis ciuitas; Iulinũ nũc VVolinum oppidũ olim nulli clariſſimarum vrbium ſecundum, multas etiam præclaris opibus & ſtructuris exuperans,nobile Vandalorum emporium,tantis opibus mercatorum negotijs frequens vt excepta Conſtantinopoli,vix aliud ei par Europa tum videret: ibi


MARCA BRANDENBVRGENSIS & POMERANIA
Mare Balticum
Miliaria Germanica communia
Mekeln burg
Frisch haue
Alte Marck
BRANDEN
BVRGER
Marck
New Marck
MARCK
Lusatiae pars
Anhaltisch
Crossen Duc.
Poloniae pars
Silesiae pars
Cotbus Dom.
Magdeburgensis Arc. hiep. pars

enim Russi, Dani, Sorabi, Saxones & VVandali suos vicos & plateas incolebãt. Apud Caminum insula est Christoa. Insulæ VVinetæ olim vrbis in ea nomen erat. hîc & Oderæ ostia, quæ tribus alluitur fretis, quorum vnum viridissimæ aiunt esse speciei, alterum subalbidæ, tertium motu furibundo perpetuis sæuiens tempestatibus. Est hæc regio vbique fertilis, aquis irrigua, stagnis abundans, nauibus peruia, diues agris, pascuis, pomis, lignis, riuis, montibus, venatione, pecore, piscibus, frumento, butyro, melle, cæra & alijs his similibus rebus. Montium in hac plura iuga, sed quorum apud Authores nulla fama est, sicuti nec syluarum, quibus tamen Pomerani non carent. Mineræ tamen nec thermæ vllæ in ea celebres; colligunt autem incolæ Succinum in mari, sed non tantum quantum Pruteni. Nullus denique in hac regione locus est vacuus, nisi quem aut lacus aut montes occupant.

SAxonici nominis etymon obscurum reliquit vetustas. Eorum Tacitus nō meminit, quòd tum fortasse ignobiles adhuc erant. Meminit autem Ptolomæus, antiquiorem licet Geographiam secutus, is Germanici maris accolas, ac potissimum insulares fuisse docet. Speculum autem Saxonicum in hanc sententiam de eorum nomine disserit. Quòd post obitum Alexandri magni Asiatici Petroculis bellum intulerint (eò quòd opem suppetiasq; ipsi Alexandro tulissent) eosq; è Cilicia expulerint. Ipsi itaq; vela dantes ventis, expulsi suis sedibus, appulêre decem & octo ratibus in Prussiam, quæ eremus tum erat. Petra autem seu πέτρη Græca dictio, Latinis Saxum dicitur: vnde Saxonum nomen deriuatum esse creditur. Ab Asiaticis etiam Becanus & Melanthon deducit, verum alio modo. dicunt enim Sacas Asiæ populos colonias quasdam à se emisisse ad montes Moschicos, è regione Cappadociæ alteram, quos Saccassones, quasi Sacarum filios appellatos contendit, vltra montes Tapuros alteram, ad latitudinem 56. paulò plus minus graduū, quā Ptolomæus Sasonum nomine signarit. hoc priore sui parte perinde atq; illud posteriore corrupto, Saossones enim syncoptos, vel integrè Saccassones fuissent dicendi, id est Sacarū filij. Ex his igitur Sassonibus Saxones nostri Europæi descenderunt. Memini tamen me legisse in Frisiorum (ni fallar) historia, gentes istas, Frisios, Brunsuicenses & Saxones, à Frisone, Brunone & Saxone ducibus denominatos esse: verùm huic sententiæ quisquis quantam volet, fidem tribuat. Saxoniæ autem veteris fines latius multò quàm modernæ extendebantur, Initium namque eius est trans Albim ab Holsatia, inde transiliens Albim per diœcesim Bremensem in VVestphaliam vsq; ad Rhenum ferè pertingit. abinde verò in Hessiam peruenit, ad Herciniam syluam (qui nunc Hertici montes dicuntur) pertingens ad confinia Thuringiæ, in qua olim non contemnendam partem Saxones, militiæ stipendium à Francis, quibus militauêre, susceperant. Inde iterum sub montibus longo tractu peruenit in Regionem Albi non longinquam, complectens Vitebergam & confinia eius, quæ nunc Saxonia superior dicitur: duobus principalibus Saxoniæ sibi titulum vindicantibus. Legitima quadam successione ad principes inferioris Saxoniæ omnis regio pertinet: sed superiorē apprehenderunt Marchiones Misnenses cum dignitate Electuræ, quæ illi inseritur principatui. Meditullium autem huius quam descripsimus prouinciæ, totum ex Xandalico, id est, Slauico solo redactum est in linguam & mores Saxonum, in terra videlicet Brunsuicensi, Luneburgensi, Magdeburgensi, & Halberstadensi. Ad eādem verò pertinet nationem omnis Marchia Brandeburgensis, ex eodem solo Vandalico capta, ac versa in linguam & mores Saxonum. Præter vrbes autem magnificas, omnis hæc regio, & Gymnasia celeberrima, populum habet robustum ac validum, quorum potus cereuisia; cibus autem plerunq;, lardum, crudum butyrum, caseus, ac reliqua lacticinorum genera. Aër regionis durus, attamen purus ac salubris, nisi quâ paludibus humectatur nimium, quod Marsis nonnunquam accidit. Gleba fertilis est, rerumq; omnium, præterquā vini, prouentu felix. Mechelburgij ducatus fœcundissima fertilissimaq; regio frumenti, ligni, lacuū, fluminumq; piscosissimorum, pecudum tum domesticarum tum ferarum. vrbibus amplis, arcibus vicisq; mirè exculta. Isatim herbam, quam Quadan ipsi vocant, lanarum tinctoribus aptissimam abundè profert in Thuringia, ita vt incolarum pleraq; pars, annonam sibi ex ea comparent. Syluas complures complectitur, Lünenburgerheid/ Spondawerheid/ Rattenawerheid/ Galbelheid/ Pomerischheid/ Herciniæ portiones, &c. Fluminibus interluitur nobilissimis. Saxoniæ mōtana minæris fœta sunt. Habet & Goslaria vltra æris, auri argentiq; minæras, ditissimos salis fontes, quibus & Hala & Luneburgum abundat. Illud quoque memoratu dignum visum, montem haud ita procul à Kupferbergo reperiri, qui lapidem gignat emittentem odorem violarum. quin & marmoris copiam hæc montana exhibent.

Saxonum regionis quatenus eius gentis imperium nomenque olim patebat, recens germanaque delineatio, Christiano Schrotenio authore,
Quia loci angustia non pateretur sic de industria Sep ten trio necessario tamen in hac mappa aliqua Opida amisimus — Joan Janssonius exc.



MISNIA.

MIsnia Saxonum quoque regio, à cognomine sibi vrbe hodie denominata, ea ad Albis fluuij sinistram ripam posita, Episcopalis est. Verùm recenter hoc nomen regioni inditum est, cùm Hermundurorum hîc olim sedes fuisse non obscura coniectura colligere liceat ex Cornelij Taciti historia: nam in Hermunduris Albim nasci memorat. Hermunduri autem Sueuorum gentes fuêre ad Albim fluuium, sub Hercynio iugo, Danubium versus è regione Semnorum habitantes. Velleius etiam Paterculus libro 2. Semnonum Hermundurorumque fines Albim pręterfluere tradit. Tacitus autem lib. 10. Annalium docet Hermũduros cum Cattis magno prælio propter flumen gignendo sale fœcundum, & conterminum concertasse. Is autem Sala fluuius est Cattos Hermundurosq; interluens ac separans, ad cuius ripam etiamnũ Salinę in Hala vrbe conspiciuntur. Ioannes Gerson persuasum habet, Eudoses, Varinos, Suardonesq; Libonotriam (quo nomine Misnensium ditionem vocat) habitasse, eosq; postmodum vnico vocabulo Sorabos nuncupatos esse. ij Sclauini fuêre, quos inter Albim ac Salam habitantes Carolus Magnus oppressit. Inde postquam Germani pristinos agros receperunt, Misnij seu Misnenses, ac Episcopali, vt dictum est, vrbe, vbi principis sedes erat, cognominati sunt, Birckheimerus, Misnenses Cheruscos esse credit, qui cum Cattis de salis fontibus, qui sunt Halæ Misnensium, decertarunt. Quamuis demonstrari planè potest Thuringos Cheruscorum sedes tenere inter Albim & Visurgum fluuios. Camanos etiam Misnensium olim loca possedisse credunt nonnulli. Ilingi etiam & Glancones dicti sunt Albi fluuij accolæ, Misnensium pars iuxta Zerbst. Hodierni regionis incolæ robusti fortesq;, ac commendanda corporis forma ac proportione, iucundi hilaresq;, amici, modesti, pacis amantes, nulla in parte Germanorum innatam feritatem, ac minacitatem referentes. Marchionatus hodie est, olim Saxoniæ Marchionatus dictus. Valles multas complectitur, ac Voitlandiæ etiam ducatum & Lusatiam superiorem, cuius habitatores Theurochemi dicti sunt. Ciuitates vrbesq; principes habet Misniã seu Missenam, quæ regioni nomen suum communicat. Lipsia ad Pleissenam amnem, quæ cæteras omnes opulentia splendoreq; antecellit, nobilissimoq; floret Gymnasio, quod cùm olim Pragæ in Bohemia extaret, huc anno Christi 1408. translatum est. Est & Suiccama triuiali schola clarissima, ad Moldam amnem sita; & Laisnicza Petri Appiani nobilissimi Cosmographi patria. Dresdena quoque ac Torga, in quibus Principis Electoris sedes frequens est. Aer dum vix ferendus fuisse dicitur, ob montium syluarumq; humidissimarum exhalationes viscosas; præsertim vbi Ioachimica Vallis dicitur in Sudetis montibus, qua Bohemiæ, Voitlandiæq; vicina est, eam enim Vallim vsque adeo densæ tetræq; nebulæ nonnullis anni temporibus integebant vt Solis radios nequaquam admitterent: nunc verò syluis excisis, terræq; meatib. quantum intercluſi erant, apertis, fluminibus quoq; exitum suum sortitis, cessant nebulæ: mõtes enim exsiccati, vento liberius perflãtur, vnde aëre hodie salubriori fruuntur. Terra montibus collibusq; minæris refertis vndiquaq; attumulatur in Bohemiæ finibus, ipsisq; Sudetis montibus. Ager etiam frumenti feracissimus est, præterquam in prædicta valle Ioachimica, vbi gleba durior, minusq; fertilis est dumorum autem & ruborum referta: plus tamen in recessu quàm in fronte prima habet. quod enim superficiei eius denegatur, id eius viscera abundè compensant: argenti enim tam sunt diuites fodinæ, vt & laudatissimas mensas comparare valeant. Est & ad tertium ferme lapidem ab Zuiccauia vrbe ad Moldam sita, Colbergum mons, id est, Carbo-



MISNIAE ET LVSATIAE TABVLA
Descripta
a
M. Bartholomæo
Sculteto Gorlitz.
SEPTENTRIO
OCCIDENS
ORIENS
MERIDIES
SAXONIAE PARS
MARCHIAE PARS
SILESIAE PARS
LVSATIAE PARS SVPERIOR
LVSATIAE PARS INFERIOR
BOHEMIAE PARS
Scala milliarium Germanicorum.
Elbe fluv.
Oder fluvius
Neisse fluvius
Spree fluvius
Dresden
Meissen
Budissin
Gorlitz
Lauban
Lubben
Cottbus
Spremberg
Fürstenberg
Guben
Crossen
Fribel
Sorauw
Senftenberg
Hoyerswerda
Kamentz
Rotenburg
Bautzen
Reichenbach
Liebe
Schlochau
Tetzen
Kreibitz
Ostritz
Görlitz
Lausitz
Lissa
Friedlandt
Gabel
Tetschen
Leutmeritz
Brandeisstein
Prage
Limburg
Meissen
Torgau
Wittenberg
Leipzig
Halle
Magdeburg
Brandenburg
Potsdam
Berlin
Frankfurt
Cüstrin
Zerbst
Dessau
Cöthen
Bernburg
Aschersleben
Quedlinburg
Halberstadt
Wernigerode
Goslar
Hildesheim
Braunschweig
Wolfenbüttel
Helmstedt
Gotha
Eisenach
Erfurt
Weimar
Jena
Naumburg
Zeitz
Altenburg
Chemnitz
Freyberg
Annaberg
Zwickau
Plauen
Hof
Bayreuth
Culmbach
Nürnberg
Schwabach
Ansbach
Rotenburg
Würtzburg
Schweinfurt
Coburg
Meiningen
Hennenberg
Fulda
Hanau
Frankfurt
Mentz
Worms
Speyer
Heidelberg
Manheim
Darmstadt
Aschaffenburg
Wertheim
Mergentheim
Heilbronn
Hall
Ellwangen
Gmünd
Aalen
Ulm
Memmingen
Kempten
Lindau
Constantz
Basel
Strassburg
Landau
Weissenburg
Hagenau
Zabern
Metz
Trier
Coblentz
Cölln
Aachen
Maestricht
Lüttich
Namur
Brüssel
Antwerpen
Gent
Brügge
Ostende
Dünkirchen
Calais
Boulogne
Abbeville
Amiens
Arras
Cambray
Valenciennes
Mons
Tournay
Lille
Ypern
Dixmuden
Nieuport
Gravelingen
Sluys
Middelburg
Flissingen
Vlissingen
Bergen op Zoom
Breda
Gertruydenberg
Dordrecht
Rotterdam
Delft
Leyden
Haarlem
Amsterdam
Utrecht
Arnheim
Nimwegen
Zutphen
Deventer
Zwoll
Campen
Harderwyck
Elburg
Groningen
Embden
Leer
Oldenburg
Bremen
Verden
Lüneburg
Hamburg
Lübeck
Wismar
Rostock
Stralsund
Greifswald
Stettin
Pasewalck
Prenzlow
Angermünde
Frankfurt
Cüstrin
Landsberg
Crossen
Sternberg
Züllichau
Schwiebus
Glogau
Sprottau
Sagan
Naumburg
Bunzlau
Lauban
Görlitz
Zittau
Budissin
Bautzen
Kamentz
Hoyerswerda
Senftenberg
Spremberg
Cottbus
Lubben
Luckau
Finsterwald
Schlieben
Herzberg
Torgau
Eilenburg
Düben
Delitzsch
Bitterfeld
Zerbst
Cöthen
Dessau
Bernburg
Aschersleben
Quedlinburg
Halberstadt
Wernigerode
Goslar
Hildesheim
Braunschweig
Wolfenbüttel
Helmstedt
Gotha
Eisenach
Erfurt
Weimar
Jena
Naumburg
Zeitz
Altenburg
Chemnitz
Freyberg
Annaberg
Zwickau
Plauen
Hof
Bayreuth
Culmbach
Nürnberg
Schwabach
Ansbach
Rotenburg
Würtzburg
Schweinfurt
Coburg
Meiningen
Hennenberg
Fulda
Hanau
Frankfurt
Mentz
Worms
Speyer
Heidelberg
Manheim
Darmstadt
Aschaffenburg
Wertheim
Mergentheim
Heilbronn
Hall
Ellwangen
Gmünd
Aalen
Ulm
Memmingen
Kempten
Lindau
Constantz
Basel
Strassburg
Landau
Weissenburg
Hagenau
Zabern
Metz
Trier
Coblentz
Cölln
Aachen
Maestricht
Lüttich
Namur
Brüssel
Antwerpen
Gent
Brügge
Ostende
Dünkirchen
Calais
Boulogne
Abbeville
Amiens
Arras
Cambray
Valenciennes
Mons
Tournay
Lille
Ypern
Dixmuden
Nieuport
Gravelingen
Sluys
Middelburg
Flissingen
Vlissingen
Bergen op Zoom
Breda
Gertruydenberg
Dordrecht
Rotterdam
Delft
Leyden
Haarlem
Amsterdam
Utrecht
Arnheim
Nimwegen
Zutphen
Deventer
Zwoll
Campen
Harderwyck
Elburg
Groningen
Embden
Leer
Oldenburg
Bremen
Verden
Lüneburg
Hamburg
Lübeck
Wismar
Rostock
Stralsund
Greifswald
Stettin
Pasewalck
Prenzlow
Angermünde
Frankfurt
Cüstrin
Landsberg
Crossen
Sternberg
Züllichau
Schwiebus
Glogau
Sprottau
Sagan
Naumburg
Bunzlau
Lauban
Görlitz
Zittau
Budissin
Bautzen
Kamentz
Hoyerswerda
Senftenberg
Spremberg
Cottbus
Lubben
Luckau
Finsterwald
Schlieben
Herzberg
Torgau
Eilenburg
Düben
Delitzsch
Bitterfeld

narius, è quo effoditur lapis terræ calore exsiccatus, ater ac leuis perinde vt carbo, vnde & carbonarium lapidem appellant, quo per totam ferè Misniam carbonum loco fabri ferrarij vtuntur, cuiusmodi Lithanthrakes inferiorem Germaniam in Leodiensi agro, ac Scotiam quoque dare notum est. Horum carbonum fodinis olim accensis, montem ipsum non aliter ac Aetnam & Vesuuium, & Heclæ montem in Islandia, arsisse flammasque euomuisse, ita vt vicinæ Zvviccauiæ ingentem terrorem incusserit, memoriæ proditum est, hodieque fumare conspicitur. Hala etiam præter Salis fontes, vnde nomen sortita est, æris minæras habet. Hæc metallorum tam diues atque abundans est regio, vt singulos penè etiam maximos montes perforatos videas.

MANSFELDIA.

MAnsfeldiæ Comitatus nomen haud obscurum est, à metropoli eiusdem in eo nominis sic appellata, quæ ipsa à Manno Tuisconis filio nomen accepisse traditur, sonat autem Manni campum. huic opinioni suffragari videtur huius vicinus locus Ascaniæ, qui Ascenes Germanorum patris nomen referre videtur. Saxonum enim hi populi sunt, & inter Hermunduros numerandi censentur. Hertici hodie, & Hertzischen, aut Hartzländer, ab Hartone sylua Hessos, Thuringos & Saxones discernente nominantur. Regio est superiori Saxoniæ inter Salam amnem ac VViperum inserta, Complectitur autem huius Mansfeldensis Comitatus territorium in se complura dominia, vtpote principatum Anhaltensem, Palatinatum, Saxonicum, Comitatus Arnstettensem, VVIprensem quem Cheruſci olim tenuisse creduntur, VVethinensem, Quernfurtensem, Ballenstedēsem, Ascanien sem, Stolbergensem, Arnsteinensem, Reinsteinensem: ac præter hos diuastias, collegia Canonica, Baronatusq; aliquot; quæ pleraq; olim peculiarib. suis subfuêre Comitibus ac Dominis: nunc verò vix alium præter Comitem Mansfeldensem agnoscunt. Loca autem montana, Meliboci montes antiquioribus Geographis dicti sunt, syluis hinc inde conspersi. Aër bonus ac salubris. Terra frumenti satis ferax. Eius tamen viscera diuitiarum plus quàm superficies habent. Eruitur enim ex eius montibus propè Mansfeldiam, Islebiam ac Hochsteten, lapis niger ac fissilis, cuiusmodi is est, quo in lāminas tenues secto, tegularum loco vtimur, nonnullis ardosæ vocantur, is picis æriſque plurimum obtinet, ac metalli minimè occulta habet indicia, conspicitur enim inspersus auri cuprive color. Hunc itaq; ingenti copia erutum ex montibus, lignisq; circumpositis, vnà exurunt: incensus autem odorem emittit eundem quem Lithantrakes, seu Carbonarij lapides: at si contingat placidas pluuias ignem cōspergere, tantum abest vt extinguatur, vt maiores etiam flammas excitet, lapisq; eò citius liquescit, quod bituminis piciſve non obscurum est indicium. Neq; hoc tacendum videtur, cùm ludentis naturæ miraculum non immeritò videri queat, quòd is lapis manifestas ostentet inspicientibus animalium ferè omnis generis effigies, ramentis ac lineamentis aurei coloris: ita vt quoduis primo intuitu dignoscere queas. Affirmant nonnulli, eorum saltem animalium quæ propinquus gignat lacus, eum præ se ferre imagines, cuiusmodi sunt piscium, anguillarum, carpionum, ranarum. Verùm alij perhibent etiam aliorum animantium figuras eum exhibere ad vnguem, vtpote gallorum gallinaceorum & Salamandrarum: quin & in quodā eorum lapidum Pontificis cuiusdam barbati effigiem, triplici diademate ornatam multis conspectam aiunt. Hæc loca Tubantes populi olim habitasse creduntur. Regionis caput est Mansfeldia, ad VViperum amnem sita. Vrbes post hanc habet præcipuas Islebiam, Quernefordiam, Rotenburgum, Alstadium ac complures alias. Fluminibus rigatur Sala, Vnstrut, duobus tribusve VVipperis, ac infinitis alijs riuulis, torrentibusq; ignobilioribus. Latus Orientale Misnia claudit. Meridionale partim Misnia, partim Thuringia cingunt. Occidentale Hessia, Hartoq; ad Melibocum montem excipiunt. vbi Svvartzenburgensis & Stolburgensis Comitatus, item Sangerhusi, Anhaldiæ, & Asseburgij principatus confines habet. Septentrionale autem latus Saxoniæ superioris Ducatus terminat.


Mansfeldae Comitatus descriptio Auctore Jldemanno Stella Sig
Gernrode Stieft
Ramberg
Ballenstede
Grafschaft
Wippra
Cherusci
Stolberg Grafschaft
Morungen Herschaft
Gulden
Scala miliarium Germanicorum
Mansfelt Grafschaft
Bornstet Herschaft
Querfurt Grafschaft
Die Wuste
Die Pfaltz zu Sachsen
Hall Erz stift
Saxen
Merßburg
Stift
Kötener Landt
Weein Grafschaft
Fridberg frei herschafft
Meridies



FRANCONIA.

FRanci Orientales, quos Rhenanus etiam Ansibarios & Ansuarios fuisse ostēdit, cùm ad annos ferè 400. suis ducibus paruissent, dominium seu Imperium id tandem peruenit ad quendam Frācum nomine, eum tanto persequebantur amore, tantiq; ab ijs fiebat, vt auito veteriq; nomine relicto, ab eodem suo duce denominari voluerint: quod factum traditur circiter 24. annis ante natum Christum. Saligni etiam dicti sunt Franci à Romanis. Salios fuisse appellatos, Ammianus ostendit libro 17. quod à Sala fluuio descendisse creditur. rei fidem facit Salingostadium Mœni vrbs, quam Selgenstadt vocant incolæ. Gens ipsa viribus armisq; potens, ac multa nobilitate pollens, fallax & astuta, laborum patiens, vinetis colendis vterque sexus incumbit, nec cuiquam otioso esse conceditur. Ducatus nomine ac dignitate ahuc hodie gaudet, huncque titulum VVurtzburgensis præsul sibi vendicat. Verum huic non integra paret Francia: sed cum quatuor in partes diuisa sit, quatuor ex magistratibus sunt audientes. Marchioni Brandeburgensi obediunt Kitzinga, Bristadium, Graglingiacum, Babenbergensi antistiti subest. Chronachum, Forcheimium, Staphelsteinium, Hochstadium, & præter has multæ aliæ vrbes VVurtzburgensi seu Herbipolitano præsuli, qui Francorum dux salutari solet, parent. Konigspergum, Oxenfordia, Carolostadium, Hasfordia, ac nonnullæ aliæ ciuitates Moguntinensi Metropolitano Archiepiscopo & Electori Septēuiro, S. Imperij Cancellario subsunt; item Bischofsheimium, Alderburgium, Mildeburgum & multa alia oppida. Quedam insuper Frāciæ portio ad Saxonum principem spectat, velut Coburgum oppidum excelsa arce munitum, ac nonnulla alia. In huius prouinciæ finibus sita est Norimberga vrbs ampla, opulenta ac imperialis, solo licet infœcundo atq; arenoso; ingenia tamen parit sollertissima ac promptissima ad quæuis etiam ingeniosissima inuenta; vnde ex ea, tanquam ex equo Troiano, subtilissimi totius Germaniæ artifices prodeunt: verum Franciæ minimè hæc vrbs annumeranda; nisi, quod ad statum Ecclesiasticum, Bambergensi vrbi quæ Franconiæ annumeratur, subsit. quamuis nec Bauariæ annumerari se Noribergenses velint, sed ab vtriq; discreti singularem gentem efficere. cum autem Noricorum sedes occuparint hodierni Bauari, ad eos se pertinere ipsum nomē arguit. Francofurtum autem Francici iuris est, vrbs tamen imperialis, ac binis nundinis quotannis celeberrimum nobilissimumq; totius Germaniæ emporium: quo loco Romanos reges eligi à ducibus Electoribus mos est, ibidemq; si Imperij binos esse competitores cōtingat, vtriq; collecto exercitu pro Imperio dimicant. Aer purus ac salubris satis. Terra densissimis syluis asperisq; montibus clausa, intus plana ac fertilis Cerere & Baccho, in Germaniæ propemodum meditullio sita. Ad Rotenburgū vrbem in Tuberæ ripa, haud procul ab eiusdem fluminis fontibus, initium sumunt vineta, flumenq; sequuntur donec Mœno coniūgatur. Vinum ipsum bonum ac salubre, si nullum adhibeatur vitium, & ob sui præstantiam in remotissimas exportatur terras. Glycerizæ radicis Babebergensis ager tantam præbet copiam, vt currus eadē onusti per vniuersam Germaniam diuehantur. Ripa cœpæque nullibi ferè locorum laudatiora: hortorum, viridariorum ac pratorum cultura regio est amœnissima, pecudum domesticarum, ferinarumq; diues. Fluminibus piscosissimis, vndique perluitur, quorum præcipua sunt: Mœnus, Sala, octo ignobilioribus amnibus comitata, Sinna, Radiantia, Aestus, Tubera, ac nonnulla alia. Syluas habet Speßhart, Othonis syluam (vulgò der Odenwaldt) ac alias etiā Herciniæ portiones, quæ eam æditissimis iugis per circuitum obfirmans, veluti natiuo muro ambit. Hæc Sueuiam & Boiariam à Meridiè habet, Rhenus illi Occiduus est, ab ortu Boëmi accolunt, Hassi & Thuringi Saxoniæ populi à Septentrione.

FRANCIA ORIENTALIS, VVLGO FRANCONIA, A FRANCO QVODAM EORVM DVCE ORTA CREDITVR GENS


ipsis viribus armisque pacem est, ac multa nobilitate pollens, fidissimè, & assueta, laborum patiens, vinctis colendis vtrique sexui incumbit, nec cuiquam ociosè esse conceditur. Ducatus nomine, ac dignitate adhuc hodie Annalis, & Nouiciae ciuibus Herbipolensibus Praeful sibi vendicat. Aer purus est, ac salubris. Terra deuexibus, planis asperisque montibus cinctis, plana ac fertilis Cererem et Bacchum, in fertilitate progenitorum incolentibus fert, illorum opibus diuitum, ac laboriosa est, ita prouincia tam in remotissimas exportatur terras, Silesiamque vsque Bauariae gens tantum praebet copiam, vt currus eadem onusti per totos formam ducantur.





SVEVIA.

SVeuus Gambriuij filius,& Manni nepos,Germanorum Rex,apud Tuiſco nes regnauit tempore Balei,vndecimi regis Babyloniorum. Hic amplíſſimam Sueuorum gentem ac regnum condidit,& de ſuo nomine cognominauit.Sueuos autem Hermionũ populum fuiſſe tradit Plinius,ſicut & Hermunduros, Cattos & Cheruſcos. Sedes verò non eaſdem quas hodie tenuiſſe eos, omnes teſtãtur Chronographi ac Hiſtoriographi. Intra hos ferè terminos olim fuêre concluſi:Ab Oriente Carpathus mons;à Meridiè Hercynium nemus, quod Bohemicum nunc appellatur;ab Occidente Rhenus;ab Aquilone Sueuicum mare,ſeu Balthicum,ipſorum limites fuêre. Hæc gens nunc in anguſtiores terminos, vtrum ab alijs compulſa, an ſponte ſua delata, incertum eſt. In Rhetiam enim populariter commigrarunt, quo loco iam aliquot ſeculis hæſerunt, abolitoq́; veteri Rhetorum nomine,Rhetiam à ſe nouis cultoribus Sueuiam dixêre. Atq; hi ſunt qui latè per Germaniam imperitabant, maximam eius poſſidentes partem: nam & in Sarmatiam ac Pannoniã colonias deduxerunt;illic enim antiquæ fuerunt Sueuorum ſedes, deinde Rhetias occupauere,quas etiamnum tenent,ij inquam in quinquaginta quatuor populos ab Oroſio diſtinguuntur,à Tacito autem iſtæ nominantur gentes,Semnones, Longobardi, Reudigni, Auiones, Angili, Varini, Endoſes,Suardones, Nuithones, Hermunduri,Nariſci, Marcomanni, Quadi,Marſigni,Gothini,Oſi,Burij, Lygij,Arij,Heluecones,Manimi,Elyſij,Naharuali,Gothones,Rugij,Lemouij, Suiones, Aeſti & Sitones,qui in commune vno nomine Sueui nominabantur. Hodierna autem Sueuia cuius hîc typus exhibetur,in plurimas quoq; ſeparata eſt regiones & tractus ſuis nominibus diſtinctos; ita vt nullus hodie in tota Germania princeps reperiatur qui ſe Sueuiæ Dominum dicere poſſit, cùm inter plures ſit principes diuiſa; vna enim pars hæreditario iure ad domum Auſtriacam ſpectat: maximam ſibi eius partem vendicat VVirtebergenſis Dux: multæ ei inſunt vrbes liberæ & Imperiales: & haud paucæ in ea ciuitates Bauariæ ducibus ſubiectæ ſunt: reliqua pars vel Palatinis vel Badenſi principibus, aut Conſtantienſi & Auguſtenſi Epiſcopis, & Comitibus, Baronibus atque nobilibus paret. Gens eſt populoſa, fortis, audax & bellicoſa, procero corpore, venuſta facie & decora, ingenio ſingulari prædita, præſtantiſſima Germanorum à Plutarcho dicta, cuius gloria eo vſque creuiſſe memoratur,vt virtute & armis Imperium orbis meruerit; illudq́; vltra vnius ſeculi ſpacium magnificentiſſimè tenuerit. Suis olim Regibus paruit ac ducibus, quibus in Chunradino vltimo Sueuorum principe extinctis, collapſum eſt regnum, & in plures diuaſtias diuulſum. Ex hac gente prodijt ingenioſiſſimus ille Albertus cognomine Magnus, Epiſcopus Ratisbonenſis, equeſtri ordine natus Laubingæ, de quo plura vide apud Paulum Iouium,itemq́; Nicolaum Reuſnerum in libello doctorum virorum Argentinæ nuper edito. Priuati Sueuorum nulla alia re, nulloque artificio magis occupantur,quàm lini lanæq́; operatione:cui adeo incumbunt, vt in quibuſdam locis nedum mulieres & puellæ, ſed adoleſcentes & viri hyemis tempore colo admoueantur. Panni genus faciunt cuius tela linea eſt, intertextum bombycinium, Barchet illud vocãtes, faciunt & totum lineum quod Golſch appellant. Compertum eſt apud Vlmenſes ſolum quotannis vtriuſq; generis pannos parari centum millia, ex quo conijcere quiſque poteſt quàm incomprehenſibilis incredibiliſq́; ſumma in tota regione elaboretur.ad remotiſſimas nationes iſti panni tranſuehuntur. Tota autem hæc prouincia ſalubri aëre gaudens, celebratiſſimis vrbibus, vicis & caſtellis


Des H. Romischen Reichs Schwabischen Kraiss, mit sambt seinen vberund mitgende Landt vnd Herschaften warhaftige beschreibung.
SVEVIAE
BODE
Meridies
Septent. Trio
Ortus
Occas
AD ILL. PRINC. LVDOVICVM DVCEM WIRTENB. & TECC. COM. MVM. PRIN. SVEVIAE.
INSIGNIA DOMVS WIRTENBERGENSIS.

referta; arces excelsæ, natura & arte munitæ, templa, collegia monasteriaque plurima ac pulcherrima. Terra ipsa partim plana, partim montosa, ager fertilis, cuius nulla pars inculta iacet, præter quam aut lacus, aut montes vel syluæ occupant: fructuum, leguminum frumentorumq; abundantia, pecorum magna vis, prata pascuaque lætissima, vitiferi montes: conualles in ea plurimæ, per quas perennes riui, amnes, fontesque lympidissimi è montium iugis defluentes: & iucundo murmure strepentes, vberem largiuntur piscationem, qui se vniuersi in Rhenum & Danubium nominatissimos fluuios exonerant. Danubij autem & Nicri fluuiorum hæc terra parens est. Illud autem maximè in Sueuis mirandum, quòd cùm reliquis, quæ esui sunt, obsonijs vescantur, à nucibus tamen abstineant. Sueuiæ montana sunt Alpes, quæ longo tractu Danubium sequuntur, nomina sua crebrò mutantes.

Nemora syluæq; in ea multæ, & ob id genti venatio frequens, & aucupium peculiare. Lacus celeberrimi sunt, Bodanicus siue Brigãtinus, Tigurinus & superior lacus, item Federsee lacus. Minærarum est ditissima, thermisq; saluberrimis pluribus locis à natura donata est hæc tellus.

SAltzburgensis Episcopatus nomen habet à Saltzburgo metropolitana Bauariæ vrbe, quæ eadem à Sultzach flu. nomen mutuata est. Olim Iuuauia, à iuuãdo dicta, Germanicè Helffenburg, quod castrum ibi extruxerat Iulius Cæsar, iuuamen seu subsidium ac refugium legionibus suis contra Germanos quos debellaturus erat. Nonnulli tamen etiam hoc nomen à Iuuanio fluuio vrbi propinquo obtinuisse credunt. Eam præterea Volaterranus Badacum dictam ait. Norici pars hæc est tabula, complectiturq; præter Saltzburgenses Anasinam regionem, Pintzgouios & Alpes Iulias. Cæterum adiacens territorium montuosum, collibus ac iugis vndiq; eleuatur, quæ Tauri montis cacumina esse vel ipsum nomen testatur. Taurn enim incolæ vocant, in qua etiam opinione est Vadianus, cuius hæc de ijs verba sunt. Durant hæc (inquit) in Norico (cuius hæc pars est terra) & Carinthia nomina. Multi verò Tauri sunt, hoc est, Taurn/vt ipsi vocant, variè ab accolis cognominati, vt: Radstatterthaurn/Felbergthaurn/Knumlerthaurn/Kornthaurn/Casteinerthaurn, & innumeri penè alij, adeo alti, vt qui media eos æstate superant, cùm ad verticem peruentum est, frigore infestentur: nullus curribus locus, angustissimi tramites, adeoq; præcipiti subinde asperitate, vt iumentis tantum clitellarijs, ac ne his tutò quidem, nisi assuetis, illac iter esse queat. Grandia vero pericula, cùm aut subito ex orti venti in præcipitia deturbant euntes: aut verno tempore immensi conuolutarum niuium globi syluas, saxa, iumenta, & iuxta sitas persæpe domos funditus auferunt. Mirum verò in plerisque horum montium locis, cùm paulò accesserit Sol, in ipsis niuibus natos vermiculos ceu tineas quasdam cerni. Verum his montibus frequentia quoque aucupia, ac ferarum venatus existit. Plana verò loca consitionibus, agris, frumentoque apta. Paludes quæ frequentes sunt, pascua præbent fluminibus ac riuulis infinitis propemodum rigatur, qui ex eiusdem montibus scaturiunt: Anassus fluuius in Septentrionem fluit, & Altzio, Saltzachio, Matichioq; fluuijs oneratur. Traunus ibidem ex lacubus oritur. Item Mur flu. hîc suos fontes sumit; nec non & Drauus nobilis amnis, quem etiã Plin. lib. 3. cap. 25. è Noricis fluere tradit. Reliqui ignobiliores riuuli in hos quõs modò nominaui exonerantur. Syluis quoq; Episcopatus hic non destituitur. Hardionem enim, Hænhardum, & VVeylhardum syluas ad Septentrionem positas habet. Montes præter supradictos Tauros, habet in Meridiem versus Alpes, quos Albin ipsi vocant; varijs quoque cognomentis ascitis, vt Villacher Albin, Svvanberger Albin &c. item Creutzbergum montem, Lettachbergum, & in Oeuina valle metalliferos, de quibus sic cecinit Conradus Celtes lib. Amorum 2 oda 6.

Qui mihi de celsis nuper fuit Alpibus actus
Oenus vbi, atq; Atheſis murmura rauca facit.
Argenti æterno scaturit qua vena metallo,
Et ditat totam patriam Alemanicam.
Hîc halant liquido, puro & de fonte salinæ,
Ditantes Bauaros, Austriacosq; duces.
Hîc turba est terræ, nigraq; simillima morti,
Qui soluunt vastis ignibus æra suis.
Haud tredas nostris decocta metalla per ignem
Sed Phlegethontais mundificata vadis.

Cùm olim Episcopatus tantùm fuerit hæc ditio, anno Christi 821. Arno, decimus Episcoporum, primus ibi Archiepiscopus factus, pallium à Leone tertio adeptus, populum Saltzburgensem annis 36. salubriter pauit. Habet aũt Archiepiscopatus hic sub se suffraganeatus, Tridentinum, Patauiensem, Viennensem, Gurcensem, Brixiensem, Frisingèsem, Seccouiẽsem, Lauentinẽsem & Chyemensem. vt refert. Munsterus.


Qui patriæ adfert ingenia suæ
Illustrat nomen, Laudibus excolens
Dignus fauore est, premioque
Quem sequens veneretur meus
Cum Marcus ergo fecerit hoc opus
Gratis tuum, & gratis, feute sinu
Salzburga ciuem, gestiensque
Posteritatis honore cingi
Occidens
Septentrio
Meridies
Scala Miliarum.
Henricus Naal fecit
SALISBV
DE
GENSIS
IO
Salisburgensis Iurisdictionis
locorumque vicinorum vera
descriptio Auctore Marco
Seczmagel Salisburgensi
Iohann Bussemecher excudit
Coloniæ Agrip.
1590

BAVARIA.

BAuaria Germaniæ prouincia ab Auaribus Hunnorum reliquijs, qui Noricis expulsis in ea terra consedere, adiecta litera B. appellatur. Boiaria etiam à Boijs Cisalpinæ Galliæ populis hoc loci aliquando moratis dicitur. Noricum olim fuit, & Danubio insigni fluuio ex Sueuia profluente, irrigatur. Austriam, Stiriam, & Carinthiam in se comprehendit, quòd ijdem homines ijsdem ferè moribus & lingua vtantur. Citradanubiana regio, quam scilicet Romani Principes post Augusti tempora occupauerunt, cito agnouit Christum, diuisaq; fuit in quatuor Episcopatus, Saltzburgensem, Ratisbonensem, Patauiensem & Frisingensem. Nulla Germaniæ prouincia plurib. cultioribusq; illustratur vrbibus. hæc terra priusquàm in prouinciam redigeretur, à proprio Rege ad Arnolphi vsque Imperatoris tempora administrata est; deinde duces habere cœpit, hodieque tenet. Suscepta autem fide orthodoxa, simul leges & viuendi instituta genti sunt præscripta, nempe de Ecclesiæ libertate, de incendiarijs ecclesiarum, de confugientibus ad ad Ecclesiam, de clericorum percussoribus, de decimis, de seditiosorum pœna, item leges castrenses de libertis, de nuptijs, de causis mulierum, de furtis, de legibus agrarijs, de commendatis & commodatis de hæreditatibus, de emptionibus & venditionibus, &c. Illis legibus Bauari ante aliquot secula paruere, nonnullisq; adhuc. Regio ipsa præterquam vbi Australior est, non seritur. nemorosa multum est & montuosa, vt vna propemodum sylua videri queat. Hercyniæ enim portiones sunt omnes in ea syluæ, ac totum propemodum eam olim hunc tractum contexisse vix dubiũ est: reiq; fidem facit vel illud ipsum quod Aichstadio fertur; excidisse nimirum eo loco nemus seu quercetũ D. Bonifacium, ac monasteriũ eo loco cõdidisse Benenedictino rũ: confluente aũt vndiq; ad illud magna hominum, tam seculariũ quàm spiritualiũ frequentia, tanta sumpsisse, incrementa, vt in vrbẽ excreuerit, cui ex re nomẽ relictũ sit Aichstadiũ. Aich enim Germanis quercũ significat. Sues glandibus syluestribusq; pomis tanta copia nutrit, vt veluti Vngaria boues ita hæc sues cæteris Europæ nationibus largè suppeditet. Gens ipsa vestitu vt plurimum blauo colore amicitur, ocreis libentiùs quàm caligis calceatur. Extendebatur hæc regio olim, sicut & hodie versus Meridiem vsq; ad Alpes & Athesim flu. Vnde Strabo: Incoluerunt Rheti & Norici summa Alpium cacumina quæ in Italiam declinãtur, appellatiq; sunt Rheti, Vennones & Leponti, qui paupertate adacti, spoliabant viatores qui per Alpes in Italiam transibant. Non erat tunc certa & trita via ex Germania in Italiam, sed erant conscendendi mõtes, & rursum descendendũ in valles, insidiabanturq; transeuntibus Romanis raptores & latrones, dispoliantes & iniurijs afficientes eos; præsertim quando Impp. exercitibus suis mittebant pecuniã. Vicinis tamen suis nihil incommodi intulerunt illi latrones, ementes ab eis cibos & vitæ necessaria. Durabat autem aliquamdiu huiusmodi latrunculorũ sæuitia, quousq; per Cæsarem Augustum extincti sunt, atque iter magno labore ingentibusq; expensis per montium & Saxorum asperitatem, per glaciem & niuem fuit inuentum & paratum. Hodie etiam suillis moribus satis famosa gens hæc est, &, quod dolendum, duobus etiam vitijs plus reliquis notantur in hospilitatis videlicet & furti. Monacum principis sedes est amœnitate loci profectò Ducis aulæ dignissima ad Ilaram flu. agrum vix alterius rei quàm frumenti feracem habet. Vrbes præterea plurimas, vt vix alia sit Germaniæ prouincia plurib. ac splendidioribus ornata vrbibus ipsa, Bauaria, hodieque deserta non est, vt Strabo tradit, & sicut suo fortassis tempore fuit. Aer vt plurimus salubris, & regio amœna

est.


Septentrio
Bohemiæ
pars
BAVARIA
Ducatus

est. Magna copia frumenti reperitur circa Ratisbonam & Landshutam; at vinum in paucis crescit locis, idq; agreste, sed nobilia importantur vina ex Alsatia, Franconia, Austria, Athesi & à Nicro: viciſsimq; sal cuius magna ibi paratur copia effertur. In Nortgoia propè Ambergam & Sultzbachum terra turget minæra ferri, suppeditatq; omnibus fluuijs materię sufficientiam, vbi in diuersis officinis fabrilibus cogitur in ferrum. Amnes qui malleos in officinis continuò agunt sunt Fils, Nab & Pegnitz.

Præterea in comitatu Tyrolensi iuxta oppidum Schvvatz, annuatim immensus thesaurus argenti & æris eruitur ex penetralibus terræ, atque sine cessatione aliquot millia virorum in profundo terræ atque Plutonis regno destinentur.

Multis denique fluminibus & lacubus piscosis regio hæc conspicua est.

ALSATIA SVPERIOR.

ALsatiæ nomen quod Germani Elſaß vocant, non eſt vetuſtum vocabulum; cùm olim habitatores eius Tribochi & Tribotes fuerint vocati. Sunt enim qui putant metropolim Alſatiæ olim fuiſſe Argentinam, eamque exſtructam à Treuirenſibus, qui à principe Trebeta originē duxiſſe putantur. Et cùm poſtea Treuirenſes Coloniam deducerent in eum locum quem hodie Argentina occupat, dicti ſunt Coloni illi à Treuirenſibus Tribotes. Nomenclaturam vero Alſatiæ putant longè poſtea ab Illa fluuio, a in i mutato, exortam, vnde & quidam eam regionem Illeſaſs & non Alſaſs apellatam aſſerunt. Sicut rurſus alij fluuium contendunt vocatū Alſaſs. In libro militarium ludorum vocatur Edelſaß, quaſi nobilis ſeſsio. Diuiditur autem Alſatia in ſuperiorem & inferiorem. Superior quæ Sunggoiam contingit, habet multa dominia, nam haud procul ab oppido Than eſt ditio Abbatis Murbacenſis, in qua ſunt VVatvviler, Gebvviler & alia quædam oppida: hinc ſequitur Mundat, id eſt, Munus datum, quod includit, Sultz Rubeaquum & multa alia oppida Epiſcopo Argentinenſi ſubiecta. Huic dominio adiacet Landtgrauiatus in ſuperiori Alſatia, nempe oppidum Ensheim cum multis villis. Is Lantgrauiatus peruenit ad ditionem Alberti Comitis Habſpurgēſis, patris Regis Rudolphi, circa annū Chriſti 1200. Terminatur Alſatia ab Oriente ad Rhenum, & ab Occidente ad Voſagum montem, qui Lotharingiam à Germania diuidit, extenditurq; à Sunggoia vſq; ad ciuitatem VVeiſſenburg. Euomit aūt mons Voſagus plurimos amnes, qui per mediterranea deuoluti Rhenum petunt. præcipuus tamē Alſatiæ fluuius eſt Illa, qui totam ferè percurrit Alſatiā. Quàm fertilis verò ſit hæc prouincia hinc colligere poteris, quòd in hoc terræ tractu tam anguſto, ſingulis annis tanta prouenit vini & frumenti copia, vt nedum cultores, quorum ingens eſt numerus, hinc neceſſarium habeant victum, ſed ſupereſt tantùm vt etiam vicini quiq; eorum abundantia fruantur. Nam nobiliſſimum vinum quod apud eos creſcit, continua vectura curruum, aliquando etiam nauium, abducitur in Heluetiam, Sueuiam, Bauariam, Lotharingiam & inferiorem Germaniam, etiam aliquando in Angliam. In Sunggoia magna creſcit vis frumenti immò per totam Alſatiæ planitiem vſque ad Argentinam hæc frumenti vbertas inuenitur, vnde Lotharingiæ montes inhabitantes, Burgundia & bona pars Heluetiæ cibantur In montibus & collibus decoquitur optimum vinum, & in plano prouenit frumentum & arborum fructus. Habet quoq; Alſatia in montibus ſyluas caſtanearum, habet montes turgentes mineris argenti cupri & plumbi, præſertim in valle Lebertha. Habet præterea in montibus & vallib. nobiliſſima paſcua, id quod teſtantur optimi & pinguiſſimi caſei, qui in Munſterthal conficiuntur. Et vt vno verbo dicam, nō eſt in tota Germania regio aliqua, quæ in omnibus prouentibus Alſatiæ poſſit adæquari. nullus eſt enim iuxta montes in Alſatia locus ocioſus qui nō habitetur aut ſit cultus. Hæc tam parua regio adeo humanis vſibus eſt dedicata, vt in ea inueniantur 46. ciuitates & oppidula, omnia muris cincta, quinquaginta arces in montibus & plano ſitæ: villarum verò & vicorum non eſt numerus. Vulgares regionem incolentes & terram colentes miſeri ſunt: nam per ſingulos annos abliguriunt bona ſua, nec quicquam in futurum ſeruant, vnde fit vt tempore belli, aut quando frigore vel pruina terræ naſcentia deuaſtantur aut pereunt, patiantur magnam penuriam. Iuuantur tamen pauperes ex publicis granarijs. Non habet hæc terra indigenas multos, ſed maior pars ſunt aduenæ, puta Sueui, Bauari, Burgundi, Sabaudi, & Lotharingi, qui cum ſemel regionem in-



Elsaß ist der vier Prouintzen eine im Teutschlandt, ist erstliche vō den Babilonern bewohnt, von S. Matreno S. Petri jungern zu Christ en glaubē kommē. ist das schonste theil in Germania seiner fruchtbarkeit vnd weinge halbē. der Rein lauft durch Rauracer of Basel, gelegenheit, da weist er sich gegē Septentrion, vnd thut sich das gebirg zu beiden seitē vō einander, vnd gibt einen namhafte geburg, das ein ist Gallia scheidt, heist das Wasgöw gebirg darin hat es die menig wilde of erzāt, hoes, heren, marder, kat zc. dannen sich des andere gewildts sehr vil ergetzen etliche wild vō confiance, meidein vnd mussen. der Rein hat gold, silber, doch sind der ist, vnd alle kleine wasser vnd berck voller fisch. Es ward getheilt in drei theil, Sundt gaw, Ober vnd nider Elsas. Im Sundtgaw bei dem tempel S. Apollinaris hat Julius Cesar mit Arioisto der teutschē Kōnig ein trefliche schlacht gethan. Was die Romer für schlachtē (vnd andere) gethā haben in diesem lande, zeigē die trefliche antiquiteten, inscriften zc. Seiner fruchtbarkeit wegē an frucht, wein, Stroh vnd schlossern, geht es vile landē vor, darunder Strosburg für die furnemste gerechnet wirdt. Auf der Germanier seitē streckt es sich vō Basel bis an die Pfaltz zc. die breitē vō Rein bis an die Schwartzwaldt. die furnehmst Landschaft heist das Breisgaw, vnd sind manicher Herren, Grafē vnd potentaten zugehörig

gressi fuerint, non facilè hinc emigrant. Sueui potissimum ibi indulantur. passim omnes ibi recipiuntur, qui colonis in terræ cultura cooperari satagunt. Circum Keiserspergum, quod sonat Cæsariarum montem, terra summam habet fertilitatem, vnde & cor Alsatiæ ibi esse perhibetur, inueniunturq; ibi tria oppida murata, tanta vicinitate sibi ipsis iuncta, vt bombardæ iactus illa istam apprehendere possit, vocanturque Keiserspergum, Ammersvveier & Kõnßheim. Ibi vinum in vasis magnis per adiectas prunas decoquitur; aut sepeliuntur vasa ipsa musto impleta in ipsis acinis & racemis expressis, quousq; vis digestiua emoriatur in vino, manetq; sic vinum dulce per totam hyemem, & defertur passim in alia loca, habeturque in delicijs.

ALSATIA INFERIOR.

NOta olim Tribocorum regio quam hodie vocant Alsatiam tractus Argentoratensis fuit appellata. Argentoratum autem, vulgò Straßburg, olim mediocre fuit oppidum, hodie verò eminentissima vrbs est, habuitq; comitem rei militaris, qui etiam Argentoratensis dictus erat. Quòd verò scribunt quidam, ante Iulij Cæsaris tempora in Argentorato cameram fuisse Rom. tributorum, atq; ob id vrbem eam Argentinam dictam, multi fabulam esse putant, cùm Romani olim Rationalem summarum in Gallijs habuerint, & præpositum thesaurorũ apud Treuiros, atq; illic etiam procuratorem monetæ: quapropter cùm comiti Argentoratensi in stipendia militum pecunijs opus esset, aliunde haud dubiè suppeditabatur. vrbem tamen hanc ab antiquo semper celebrem fuisse constat; quin & felicissima illa Iuliani cum Alemannis pugna eam adhuc nobiliorem apud veteres fecit. Octo. n. Reges Alemannorum coniunctis viribus, Rhenum cum Iuliano pugnaturi transcenderunt, & apud Argentoratum, vbi castra fixêre sua, à Iuliano cædebantur. Fuit autem hæc vrbs primò tributaria Treuirensibus, deinde Romanis subiecta, tertiò paruit regibus Francorum, hodie incorporata est Imperio, numeraturq; prima inter liberas ciuitates, abundat autem omnibus bonis, excellitq; in opibus cunctas Rheni ciuitates, miram habens copiam vini & frumenti, vtpote quæ situm habet in optimo fundo, etiamsi oleribus & radicibus ferendis accommodatior sit quàm vino producendo. Turrim habet elegantissimam, 574. pedes geometricos altam. Occidentem versus Taberna vrbs sita est, vulgò Zabern: sicut ex Turego Zuregum, vulgò Zürch, & ex Tugio Zugium, fuit autem Taberna munimentum Romanorum ad prohibendas Alemannorum in Galliam incursiones, hodie ibi præsulis Argentinensis est domicilium & curia. Sunt qui Alsaticam hanc Tabernam à Iulio Cæsare conditã tradant, qui taxauit in Calendario annum ad 52. Septimanas, & 365. dies. conformiter enim mœnijs Tabernæ adiecit 52. turres, atq; murum discriminauit in 365. mœnia, septem scilicet inter duas turres ponens pinnas. hoc in oppido & extra mœnia anno Christi 1525. occisa fuerunt aliquot millia seditiosorum rusticorum à Duce Lotharingiæ, spacio trium horarum. ac deinde post quatriduum idem princeps iuxta vicum Scherweiler, qui medio miliario distat à Seleſtadio, occidit itèrum aliquot millia rusticorum. Haud procul à Taberna oppidulum quoddam est, & iuxta illud monasterium Maursmünster, institutum à Mauro abbate. Est & aliud monasterium parum distans à Brocomago, cui à sancto Spiritu titulus est, quod dicitur fundasse Landtgrauius quidam Stephanus nomine, à quo etiam nomen accepit. Nam vocatur Steffansfeldt, & corrupte Stechfeldt. est in eo loco Brephotrophium, hoc est, domus in qua pueri expositi ij aluntur. Hinc Septentrionem versus Haganoa conspicitur, ciuitas anno Christi 1164. à Friderico Barbarossa muro clausa, in hac principes terræ morabantur quando in Foresto venationibus vacabant. Fundum habet circum mœnia arenosum, sed sterilitatem istam compensat ager fertilis, paulò longius à ciuitate semotus. Vlterius descendendo V Vissenburgum apparet, insigne & clarum oppidum, ad Vogasi montis radices, cuius per medium Lutra amnis interluitur. Huius loci tanta est vetustas, vt etiam apud nullos rerum scriptores eius origo reperiatur. Hic Dagobertus Gallorum Rex anno Christi 664. insigne ac regale monasterium infinitis extruxit sumptibus, illudque monachis Benedictini ordinis tradidit. Distat ab Argentina secundum Rheni cursum sex miliarijs Saletium, vulgò Selß, ibi Abbatia est ordinis Benedictini, instituta ab Adelheide Imperat. Ottonis I. vxore, Filia Rudol-


ALSATIA INFERIOR
Vnder Elsas
Miliaria Germanica
klein
parua
OCCIDENS
SEPTENTRIO
Strasburg
Selz
Rhein Zabern

phi Regis Burgundiæ, quæ etiam sepulta ibi est. Est autem Rhenus eo in loco auri valde ferax, quippe quod purum ex arena colligitur & confluatur. Clauditur autem Alsatia Boream versus iuxta Rhenanam ac montanam Tabernas condiderunt namque olim Romani Tabernas tres iuxta Rhenum, aut non procul ab eo, in quibus milites hyemauerunt, nempe Tabernam Alsaticam (de qua superius) quam hodie possidet Episcopus Argentinensis: Tabernam Rhenanam, cuius dominus est Episcopus Spirensis: & Tabernam montanam, quæ vno miliario distat à VVissenburgo, paretque duci Bipontino. Sed cum Ludouicus Dux niger arma mouisset contra Principem Electorem Palatinum, Fridericum scilicet, indignatus princeps Elector, spoliauit eum hoc oppido, anno Christi 1455. Sed quod deinde illi restituit, spe bona ductus quod nunquam contra se ageret, quod tamen ille minimè seruauit.

PALATINATVS RHENI.

NOmen Palatini Rheni, nomen esse dignitatis & officij credit Munsterus, quod Imperatores instituerunt. Sunt enim qui aiunt primos Palatinos simplices fuisse nobiles, vsq; ad tempora Ottonis tertij, quando principes Electores fuerunt constituti: tunc enim illis maior dignitatis gradus fuit additus. Nec sine causa Electuara non fuit commissa ducibus potentibus qui tunc erant in Imperio, puta duci Bauariæ, duci Sueuiæ, Lotharingiæ & Brunsuicēsis: etiamsi Bauari temporum successu in familiam suam studuerint hanc dignitatem introducere, hodieque & Palatinatus & Bauariæ titulum habeant. Primus Palatinus Elector appellatus fuit Henricus, qui anno Christi 1003. D. Henricum cum reliquis Electoribus in Imperatorem elegit. Terra autem hæc Palatini Electoris, præter pagos, monasteria & arces, continet vrbes pariter & oppida 48. quarum primaria est Heidelberga, in qua & principis sedes est. Nomen huic vrbi datum putatur à gentium colonia; vocant autem Germani hominem gentilem Heiden. Huius loci situs admodùm est amœnus, cum sit in fauce montium, vbi Neccharus (qui & Nicer vel Nicrus) ex montibus in planitiem egreditur; neq; dubium quin locus ille semper, quàm diu Germania habitata fuit, ab hominibus cultus fuerit. Sunt alij qui contendunt dicendum & scribendum esse Edelberg, quod sonat nobilem montem. Sunt qui Ptolomaicam Budorim putant olim fuisse Heidelbergam; alij oppidum Manheim per Budorim accipiendum contendunt: nam situm est illud in confluentia Rheni & Nicri, vbi in Concilio Constantiensi Ioannes papa triennio incarceratus fuit. Est terra circa Heidelbergam omniū rerum ferax, vini boni, frumenti, olei, fructuum arboreorum, & castanearum. Anno Christi 1346. Rupertus senior princeps Palatinus fundauit Gymnasium Heidelbergense, vbi temporum successu in omni scientiarum genere multi docti floruerunt viri. Præter cæteros requiescunt ibi corpora doctiss. virorum Rudolphi Agricolæ, Sebastiani Munsteri, &(qui meo æuo locum istum celebrem reddiderunt) Guilhelmi Xilandri, Zachariæ Vrsini, quoque vsus sum Rectore Oliuerij Bocchi, illustriss. Princ. Friderici III. tempore. Hodierno autem tempore celeberrimi Gymnasij Rector magnificus fuit in adolescentia sua, Fridericus IIII. Pala. Ludouici F. Friderici III. nepos: quem nunc auito solio sedentem ac Palatinum leonem moderantem Deus Opt. Max. nobis diu saluum & incolumem conseruet. Distributus autem est Palatinanus in quatuor officia, vt vocant, horum Metropoles sunt Heidelberga, Alzæa, Neostadium & Mosbachium. Porro quod ad Comitatus huius fertilitatem attinet, nihil quod ad humanum victū necessarium est, desideratur in Palatinatu. In montibus enim decoquitur generosum vinum, & simul in eisdem crescunt castaneæ: in pede montium pulcherrimi plantantur horti, & in planis agris copiosa prouenit seges tritici, siliginis, hordei, &c. Syluæ & montes referti sunt feris, potissimum ceruis. quin & incolæ plurimos in syluis nutriunt hircos, hædos & capras, eò quòd hæc animalia syluestribus potius delectantur saltibus quàm pratis. Præterea in Nicro flu. qui medium alluit Palatinatum, innumeri per singulos annos capiuntur pisces, magni & parui maximè autem abundat barbonibus. Descendunt quoque per hunc fluuium continuæ lignorum rates, ex Ottonica sylua, quæ ex Neccaro in Rhenum deferuntur, atque omnibus ciuitatibus Rheni, à Spira vsque Bingium ad portas vsque deducuntur. Est Ottonica sylua regio syluestris & montosa, cultura quoque difficilis, licet in quibusdam locis amœnas & fertiles habeat valles, in quibus satis frumenti colligi potest. Incolæ pro magna parte victitant ex pecoribus & quæstu ligno


LOTHARINGIAE
OCCIDENS
ORIENS
ANNO SALVTIS
1592
Militaria Germanica commentes.
FLORENTIS-
SIMVS RHENI
PALATINA-
TVS.
Colonie Agrip. excudit Ioan Bussmecher

rum. Inter VVormatiam autem Heidelbergam, Neostadium, Crucenacum & Oppenheim magna patet terræ planities, habens agrum feracissimum vini & frumenti, nec est in linea Rheni, post Sunggoiam, terra aliqua feracior frumenti quàm sit illa, imprimis circum ciuitatem Alzæam, siue Alßheim, in qua factus est conflictus ille horrendus inter duos Reges, Albertum & Adolphum. Vno à VVormacia miliario distat oppidum Pfedderßheim, vbi incredibilis vini copia quotannis prouenit, tantæ præstantiæ, vt Baccharacensi (cui primas peritissimi potatores tribuunt) nequaquam cedere perhibeatur. Anno Christi 1455. memorabilis ibi accidit clades, cùm multi principes conglobati, quorum præcipuus erat Episcopus Moguntinensis, contra vnum principem Pal. Fridericum, omnes ab ipso circumuenti cæderentur. Anno 1525. magna ibidem seditiosorum rusticorum fusa est copia.

HASSIA.

HAssia quæ hoc nostro æuo Landtgrauiatus titulo claret, ab occasu contingit Rhenum, & ab ortu Thuringiam atque Saxoniam, versus Aquilonem verò confinis est terræ Brunsuicensium, & pro parte VVestphaliæ. Vnde verò Hassia sic denominetur, certa ratio non habetur. sunt qui fingunt montem Hassonem, à quo nomen acceperit. Alijs verò placet Hessos seu Hassos ex Chattis, qui hanc regionem habitasse commemorantur, t in s mutato, prognatos, id quod superioris Germaniæ dialecto admodum familiare est (tenues nimirum aspirare, & literam t sybilare) cuiuscunque etiam seu linguæ seu dialecti primitiua fuerint vocabula, vt ex Taberna Zabern/ex Belgico Water Wasser/gruten grüssen/meten messen/&c. ex vp auff/maken machen/Aken Achen (propriè enim Aken quasi aquen ab aqua dicitur, sicut etiam Rubeac Rubeach Ruffach). Vnde adhuc est loci nomen Catzen Elnbogen, gentis illius cõtestans vetustatem. Subortus est autem Landtgrauiatus Hassiæ ex Landtgrauiatu Thuringiæ, creuitque membrum super caput. Fuit enim Hassia olim tantùm comitatus, subiectus dominio Thuringiæ, id quod probat liber Torneamentorum, in quo scribitur quòd anno Christi 1042 Ludouicus comes Hassiæ fuerit Hallis in ludo militari ibi celebrato, sed factus deinde Lantgrauius, ascendit filia supra matrem. Habent & in hunc vsque diem similia insignia, nisi quòd rubei tramites sunt transpositi. Notabis etiam, intra Mœnum & VVestphaliam non tantùm Hassiam contineri, sed & Rhingauiam, VVestervvaldiam, VVederauiam, comitatũ Nassauiensem, comitatũ Kunigstein ensem, Hanouiensem, Eisenburgensem, multaq; alia dominia. Vrbes Hassiæ primariæ sunt Marpurgũ seu Martispurgum & Cassilia seu Cassella. Marpurgũ quidam sic dictũ volũt à Marte, alij aũt à Marcomiro Francorũ rege denominatũputant. Insignem in monte locatam arcem habet, quæ comitum prouinciæ istius sedes esse solet. Nec minus illustrẽ facit vrbem Academia celebris, plurimorumq; doctissimorũ virorum in ea cœtus, & studiosorũ adolescentũ turba haud exigua. In hac etiam clarissimi poëtæ Eobani Hessi conduntur ossa. Præter cætera eaque multa Landtgrauiatus huius oppida, munitissimum censeri potest Giessen, inter Fridburgum & Marpurgum sita. Producit regio ipsa colonis suis victum necessarium, nihil superfluum, nutrit pecora, feraxq; est frumenti, non autem vini, nisi vbi contingit Rhenum, & iuxta ripam Lani fluuij. Syluestris vtplurimum est & montosa, ferarumq;, imprimis ceruorum, magnã alit copiam, vnde & venationibus crebris terrę domini inuigilare solent. De regionis huius natura & conditione, atque incolarum moribus extat carmen perbreue Helij Eobani natione Hessi, ex versibus gratulatorijs ob victoriam quandam Philippi Hassiæ Landtgrauij desumptum, quod hic subijcere non inconcinnum duximus. Poëtæ autem verba hæc sunt:

Qualis Hyperboreum prospectans Thraca Booten
Graiuũ domus ad Rhodopen, Hemumq; niualem
Circumfusa iacet, gelidis assueta pruinis,
Gignit in arma viros duratos frigore, quiq;
Aut Hebrum, Nessumq; bibunt, aut Strymonis vndas:
Talis & ipsa situ, talis regione locorum
Et fluuijs, syluisq; frequens, & montibus altis
Hassia: naturæ similes creat alma locorum
Ceu natos in bella viros, quibus omnis in armis


HESSENLANDT
ORIENS
OCCIDENS
SEPTENTRIO
MERIDIES
YSENBERG COMIT:
Wederaw
Herschafft
Graffschafft
Herschafft
Fürstenthum an der Lohn
COMITATVS NASSAW
MOGVNTINENSIS DIOECESIS.
Hessenlandt vorzeiten ein Graefschafft, nun aber zu einer Landtgrafschafft erhöhet ist. deren unnutzer vorzeiten die Catti genennet worden. ist zum theil eben, meiste aber bergisch. Sie ist allerding so zu auffenthaltung des lebens von noten fruchtbar. tregt aber keinen wein dan da sie an den Rhein stosset. Marpurg und Cassel sindt die fürnemeste stett darinnen: deren diese von wegen der Fürstlichen hofthaltung daselbst, reich wirdt: jene aber, ihrer hohe Schul halben einen herlichen namen und rauff bekombt. Giessen aber ist ein starcke festung. Diese landschaft gibt nach altem löblichen teutschen brauch gute fleissige bauren und verwegene kriegsleut.
Ioanne Dryandro auctore. Adich: Quado excusore, excud. Ioan. Bussm:
Scala miliarum.
1 2 3 4 5 6 7 8

Vita placet: non vlla iuuat sine Marte, nec vllam
Esse putant vitam, quæ non assueuerit armis.
Quòd si tranquillæ vertantur ad otia pacis,
Otia nulla terunt sine magno vana labore:
Aut duro patrios exercent vomere colles,
Aequatosq; solo campos rimantur aratris
(Namq; & planities segetum fœcunda patentes
Explicat innumeras, & plena messe colonos
Ditat, & ipsa sibi satis est) aut ardua syluæ
Lustra petunt, canibusq; feras sectantur odoris,
Venatu genus assuetum, genus acre virorum;
Aut leges aut iura ferunt, aut oppida condunt
Fortia, non solùm bello munimina verùm
Quæ deceant in pace etiam, oblectentq; quietos.
Quid sacros memorem fontes? quid amœna vireta?
Quid valles ipsis certantes frugiferacis
Vallibus Aemoniæ? dulces quid vbiq; recessus
Musarum loca, consessu loca digna Dearum?
O patriæ gelidi fontes, ô flumina nota,
O valles, ô antra meis gratissima Musis, &c.

BRVNSVICVM.

BRuno Ludolphi Ducis Saxoniæ filius, & patruus Henrici Aucupis Regis Rom. insigne nomen reliquit vico, quem ille primus inchoauerat, qui ex illo dictus est Brunonis vicus, aut potius sinus, qui lingua Saxonum vocatur Wijck, hodie tamen communiter appellatur Brunſwich, (tenui in asperam mutata, cuius etiam paulò ante mentionem fecimus in Hassia.) Est autem vrbs ea Ducatus Brunsuicensis metropolis, qui ab ea nomen quoque suum adeptus est, & magna admodum, populosa, mœnibus ac fossis munitissima, turribus ac propugnaculis firmata, decorata magnificis domibus, præpolitis plateis, amplis & ornatissimis templis, per quadrum tantum ferè habet longitudinis quantum latitudinis, complectiturq; in suo ambitu duo millia passuum. Est aliquanto maior Noriberga, & minor Erphordia. Ad Orientem habet diœcesim Magdeburgensem, ad Meridiē Hartonicum seu Herciniū nemus: occiduam partem comprehendit Hildesheimensis episcopatus, & Septentrionem inhabitant Lunæburgenses. Hanc vrbem perlabitur Ornaca amnis, cui origo sylua est Hartonica; duasq; in partes ciuitatem scindit, omnem secum trahens immundiciem, varijs vndiq; pontibus coopertus. Tota vrbs in plano sedet, mœnibus ac fossato duplici profundiss. & aliquot in locis triplici, ac quolibet aquis stagnāte munita. Vallum etiam inter fossata crassissimum ductum per circuitum, varijs arborum consitum generibus. non habet ciuitas aquam potabilem, sed communiter bibunt cereuisiam. Vini autem vsus charior est & rarior. Inter cæteras Ducatus huius ciuitates haud postrema quoque erit Goslaria, quam Henricus I. pater magni Ottonis, vrbium amator in formam ciuitatis erexit. Anno 1051. Imperator Henricus III. ingentibus regni florescens opibus, vrbem istam mirificè ornauit, quam de paruo molendino, vt aiunt, vel tugurio venatorio duo priores Henrici, & iste nunc tertius in tam magnam sicut hodie cerni potest vrbem bono prouexerūt auspicio, in qua regale palatium hic Imperator magnificè extruxit, & duas omnipotenti Deo congregationes instituit. Dicitur Otto I. Imp. apud Goslariam argenti inuenisse mineras, quarum magni fuerunt reditus, ex quibus Imp. duo construxit sacerdotum collegia, & regium palatium nobilis operis. Abutentibus autem ciuibus suppeditatis diuitijs, offensus Deus permisit puteum vnum corruere, quo casu mille homines & supra oppressi fuerunt. Et post illud tempus neque argentum, neque aurum fuit amplius inuentum in eo loco sed plumbum nigrum. Perhibent autem metallum Goslariæ sic natum: Quidam nobilis homo equum cui nomen erat Ramelus, in monte ad ramum arboris alligauit. Is vngulis quibus ferreæ soleæ inductæ, terram quatit verrit, atque ita reconditam plumbi nigri venam integumentis nudauit, non aliter ac Pegasus alatus aperuit fontem dum vngula ferit saxum. vt autem fons iste ex eo vocatur Hippocrene, ita montem incolæ Ramelum vocarunt, qui hodie maximè floret, atque admirabilem plumbi copiam suppeditat, Goslariæ tantum inuenitur galenæ & pyritarum, ex quibus plumbum nigrum excoquitur, vt mons quidam ferè nihil nisi garena & pyritæ esse videatur. Ducatui huic vicinus & Halberstadiensis Episcopatus, itidem à metropoli eiusdem in eo nominis sic dictus. Perlabitur autem vrbem Halberstadium Oltemia fluuius. in medio verò tumultus assurgit, in cuius cacumine planicies est, duorum ferme stadiorum continens longitudinem, in cuius extremis angulis duo templa sita sunt, quorum alterum pontificale est. In medio latè patet forum, magnificis canonicorum ædibus vndique cinctum:


BRAVNSWICK.
DVCATVS.
HILDESHEIM.
EPISCOP:
&
HALBERSTAT
EPISCOP:
cum cœteris adiacentib:
1593

& hæc pars vrbs vocatur. Quod ſub tumulo iacet, ſuburbium appellant. In monte nulla laicorum, vt vocant, habitatio. Carolus Magnus huius Eccleſiæ fundator habetur. Eſt circa hanc ciuitatem ager optimus, ferax tritici. Matureſcentibus frugibus, culmorum altitudinem equo inſidentem hominem ferunt excedere. Magdeburgum fuit olim huius epiſcopatus Parochia; ſed per Ottonem primum ibi Archiepiſcopatus eſt erectus, & Halberſtadienſis diœceſis minorata. Fuit epiſcopatus hic primum à Carolo in loco Salingſtede fundatus, qui hodie Oſtervvijck appellatur, & deinde in Halberſtadium tranſlatus.

VVALDECK.

COmitatus hic VValdeccenſis partem capit Haſſiæ, eamq́; frugiferam, & varijs ac permultis fluuijs irriguam, quorum præcipuus eſt ac famoſiſſimus qui Edrus appellatur, ipſuſq́; piſcoſus admodum eſt. quin & aurifer eſſe prædicatur. poſt hunc autem Dimilus, Tuiſtius atq; Aris, quos Vrbis ſequitur atq; Ithrus. Vini ac frumenti ferax eſt hæc regio Habet & argenti, metalli, argenti viui, plumbi & alùminis ſodinas. Loca eius celebriora ſunt vrbs Waldeck, cũ arce in ea ſita, quæ metropolis eſt regionis, vnde nomen ſuum comitatus adeptus eſt. poſt hanc Aſtinchuſium, Dudinchuſium, vrbs Landauia cum adiuncta arce, ac ciuitas Mergerhuſia, quæ ſimiliter arce firmata eſt & decorata, in qua etiam Comitum ſedes eſſe ſoler, duobus à VValdecchia miliaribus diſtans. hinc & Rhodena vrbs cum arce ſua, cuius venationibus crebris celebre eſt territorium VVetreburgum arx eſt, loco admodum amœno ſita, inter Tuiſtium videlicet & Arim fluuios. VVildungia vrbs eſt, Meridiem verſus vnico miliari diſtans à VValdecchia; neq; veteri tantùm nouoq́; diſcreta nomine, ſed ſitu etiam atq; loco. Apud eandem vrbem multi ſunt metallici, fodinæq́; permultæ, ex quib. magna vis auri, metalli ac ferri quotidie eruitur. fontes etiam acidos aliquot vicinia iſta habet. præſtantiſſima quoque cereuiſia VVildungiæ coquitur; in tota namq; regione haud ei ſimilis reperitur. Eiſenburgũ arx eſt, cuius fundus, quemadmodum etiam VValdungienſis, auri ac ferri prouentu felix eſt. In eodem loco & lapides iſti carbonarij effodiuntur, quos lithanthraces, Germanicè Steinkolen vocant non fabris ferrarijs tantùm in officinis ſuis vtiles, ſed qui etiam in domeſticis focis lignorum ac carbonum vice eſſe poſſint. Eilhuſium Septentrionem verſus tribus à VValdeca miliaribus diſtans, arx eſt, quod ad ſitum eius, ſpectabilis ſatis quam Vrbis flu. mediam interluit. Corbachium vrbs eſt ſatis munita. Neoburgum arx eſt adiuncta ciuitate. Ithra arx eſt: VVerba autem cœnobium. Qui hanc tabulam primus deſcripſit & edidit, Iodocus Moers à Corbach duos nobilium ordines ſub Comite VValdeccio enumerat, vnum liberum intra Comitatum commorantem; alterum tam extra quàm intra Comitatum feudo Comiti aſtrictum. Hos ergo ordines, cùm nihil præterea habeam, hic adnumerabo, & quæ illorum domus tabulæ inſunt, indicabo: Stemmata Nobilium liberorum intra Comitatum ſunt Virmunt / Meiſſenburg / Gogreben / Zertzen / Volmerichhauſen / Dalwig / Eppe / Rodehauſen / Reen / Schonſtadt / Hertzinghauſen / Twiſt / Hanxtleden / Greiſmar / Koman / Dorfelt. Stemmata feudatariorum tam extra quàm intra Comitatum ſunt Witſtein / Reieſel / Spiegel / Calenberg / Weſtfal / Canſtein / Malſpurg / Lebenſtein / Mengerſon / Meſchede / Beinenburg / Papenheim / Wulft / Volckenberg / Juden. Quod ad dignitatem officij Imperialis attinet, inter quatuor ſeruos ſeu milites Imperij Comitatus hic primus numeratur, ſunt enim: Waldeck / Hirten à Fulchen / Arnſperg / Rabnaw. Ab Oriente Comitatus hic Haſſia terminatur, à Septentrione Epiſcopatu Paderbornenſi, Occidentalior autem pars diœceſim reſpicit Colonienſem.


WALD
ECK
COMITATVS
Septentrio
derbornensis
Episcopatus
pars
Colonien
sis Di
oecesis pars
Occidens
Oriens
Meridies
Milliare unum Waldeccum



VVESTPHALIA.

HOdierna VVestphalia, vera ac vetus Saxonia fuisse perhibetur, cuius limites fuerunt Rhenus ab Occidente, Visurgis ab Oriente, Phrisia à Septentrione, & à Meridie Hassiæ montes, quos Obnobios Ptolomæus appellare videtur, ex quib. Amesis flu. oritur, qui Padebornam & Monasterium mediam ferè prouinciam intersecat, & per Frisiam defluens fertur in mare. Cùm igitur latius extendātur VVestphaliæ fines, in hac tabella Monasterienſis diœcesis præcipuè ob oculos ponetur, itemq; Osnabrugensi habitatoribus satis frequenti Carolus magnus cùm vicinam VVidekindi arcem iam captam impositio præsidio firmasset, primam exædificauit in prouincia Episcopalem ecclesiam, eiq; virum sanctum præfecit VVihonem primum eius loci præsulem, hominē gente & origine Frisium. deditq; priuilegium nouæ Ecclesiæ, vt vtriusq; ibi linguæ scholæ haberentur, præsentq; doctores viri insignes: eiusq; priuilegij tenor etiamnum extat. Monasterium autem tertia erat Episcopalis Ecclesia, quam erexit Carolus Mag. in meditullio regionis Mymingrode dicto, loco qui postea ab insigni ibi fundato monasterio, Monasterium fuit denominatum, ordinauitq; ibi Episcopum Lugderum natione Frisium, fratrem Hildegrini episcopi Halberstadiensis. Huius successor Hermannus dedicauit & consecrauit monasterium & ecclesiam trans aquas in titulum & honorem virginis Mariæ, quod breui monasterium ita excreuit, adeoq; factum est celebre vt nomen dederit ciuitati & Episcopo. Anno 1533. & 1534. in hoc episcopatu magna per catabaptistas orta est seditio. nam vbi fama percrebuisset ibi dominium habere catabaptistas, ingens eò malorum hominū affluxit colluuies, ac mox ipsorum processit coniuratio, vt etiam nullius potuerit comprimi authoritate. Episcopus ergo vrbem valido circumsedit exercitu, opibus Archiepiscopi Colonienſis & ducis Cliuensis adiutus. Anabaptistæ mœnibus inclusi audacibus eruptionibus lacessiunt hostem, vt nunc his nunc illis Mars prosper adesset, nihilq; penè aliud per mēses sex ageretur. vltima Augusti vrbs ingentibus animis oppugnata, sed vrbanis fortissimè resistentibus magna cum clade oppugnatores in castra sunt repulsi. Hinc ciues inflati, Ioannem Leydanum Batauum, infimo quidem loco natum, verùm forma, ingenio, facundia, audacia, fraude facinoribusque præstantem, sibi regem, cui rerum omnium potestatem facerent, cuiq; quicquid opum, fortunarum aut annonæ supererat permitterent, constituêre: hic fretus seditiosorum quorumq; expectatione pollicebatur sibi obsidione soluta, exercitu suo per totum orbem grassari. custodes corporis gramineo & cœlesti coloribus vestiebat, terrenam sc. & cœlestem sibi promittens potestatem. insigne ferebat, terræ globum duobus gladijs transfixū. prophetas qui dolos arte necterent, ad vicinas ciuitates emittebat. vxores duxit xv. quotq; voluissent permisit viris habere vxores, cætera omnia esse communia. Mense obsidionis decimo, impetrauit episcopus auxiliares copias, vt vrbem insuperabilem fame ad deditionem cogeret. orta interea in vrbe seditione, obtruncauit rex 47. ciues, qui conatibus eius repugnabant. Mense 14. omnibus propè consumptis, cessatū communiter conuiuari, vulgus herbis & radicibus victitare, canes, feles, mures, glires in delicijs haberi, cùm nihil superfuisset reliqui, quo miseram traherent animam, corium & pelles cocta contusaq; panis haberi loco cœpit atq; inter hæc rex mirabili impostura dementat pereuntes, vt enim ante se perire credant, quàm perierint. vrbe namq; tandem capta, nihil victore exercitu insolentius crudeliusq;. venabantur ab-


Habes hic candide lector exactam Westphaliæ descriptionem, in qua non solum Ciuitates, sed & flumina, montes, & situs quasi in speculo contemplari poteris. Vtere igitur hac, bonique consule donec rebus ... quod præmanibus habemus nactus fueris. Vale
Die Graefschap van Oldenborg
Dat Stieft van Osnabrug
Dat Stieft van Munster
Die Graefschap van Bentheim
Die Graefschap Lingen
Die Graefschap van Diepholt
Dat Vest van Recklinchusen
Dat Landt van der Marck
Gelder Landt
Munster
Osnabrug
Dulmen
Coesfelt
Borcken
Recklinchusen
Dortmund
Noord
Suyden
Oosten
Westen
Milliaria parua
Milliaria media
Milliaria magna
Johann Bussemaker excudit Coloniæ
Henricus Nagel fecit

sconditos,totosq́; decem dies in cædibus vacabant. ludus erat iugulasse hominem. mulieribus parsum nisi quæ seditionis autores fuissent. Escularum apud regem & regales tantum inueniebatur,quantum ipsi & suis in tres menses suffecisset.authores calamitatis scelerumq́; rex,eiusq́; primarij cathenis vincti circunducuntur per vicina loca. tandem 1536.in Februario reducti in vrbem Monasterienſem,forcipib.candentibus lacerati,tribus ferreis corbibus inclusi è turri D.Lamberto sacra in memoriam æternam pensiles propendent. sicq́; hoc regnum miserum est finem sortitum. Terram autem hanc Carolus Magnus primum ad fidem Christianam compulit.cæterum cùm sæpius rebellarent, repetitoq́; idolorum cultu Christi religionem spernerent,nec iusiurandum quouis modo aduerterent,vt metu pœnæ gentis temeritatem compescerent,occultos iudices instituit quibus potestatem dedit,vt quamprimũ deierasse,aliquem comperissent, fregissęque fidem,aut aliud aliquod scelus perpetrasse, moxillum vbi comprehendi posset,pro arbitrio necarent: elegitque ad hoc viros graues ac iustos,qui plectere innocentes haud abre possent degenerauit autem hodie hoc iudicium,& ad Scabinos(vt vocant)translatum, personas viliores, numero vbique septem,qui & ciuilia tractant negotia,solumq́; de criminalibus permissam potestatem habent.Regio est admodum frigida,vini & frumenti inops. pane vescuntur nigro,cereuisia potus est.vinum quod Rheno aduehitur, magno emitur pretio, eoq́; opulenti tantum quamuis rarò vtũtur.Bellicosi indigenæ atque ingenioſi,Præsuli Colonienſi parentes.Commendantur autem iure pernæ VVestphalicæ. Imò à Rhenenſi oppido(quod 4 à Monasterio magnis miliaribus distans Amesi flu. adiacet)ad vrbem vsque tellus planè arenosa,multumq́; deserta.vt iter aliquando per Orientalem Amesis tractum faciens,re ipsa compertus sim,non è digitis (vt aiunt) suxisse primum autorem distichon istud prouerbiale:

Hospitium vile/ groff Brodt/ dũn Bier/ lange Myle/
Sunt in VVestphalia,si non vis credere, loop da.

TReuerensis Archiepiscopatus à metropoli eiusdem in eo nominis sic dictus. vrbs autem ipsa cum Italiæ Viterbo ac Genua de antiquitate sua certat: vtraque enim totius Europæ se primam iactat. Dicitur autem Trebetus quidam, Semiramidis Assyriorum Reginæ priuignus, cùm à nouerca ad concubitum solicitaretur, quò matris conspectum ac conatum euitaret, postquam sibi de comeatu viaticoq; prospexisset, cõscensa naui cum comitatu suo mari se commisisse, ac post longam nauigationem ei loco quo Rhenus fl. in Oceanum effunditur, appulisse. aduerso itaq; Rheni flumine ascẽdisse, donec ad Mosellam amnem peruenisset. cumq; istum locũ quo Treueris hodie sita est, ingressus fuisset, regioq; agris, pratis, amnibusq; irriguis amœnissima, montibusq; quasi naturali muro munita arrideret, illic inito cum socijs consilio, manere statuisse. qui condita ibi vrbe, eam per Principis sui nomine Trebatam appellauêre. Illi itaq; populi vrbem nomenq; suum vetustum etiamnum seruant, vno alteroq; tantum mutato elemento, vt pro Trebera Treuera nunc dicatur. Apud hos insignis olim cognoscendarum causarum curia populi Romani erat. Archiepiscopali hodie dignitate ac principatu, nec non & electoratus titulo clara est. Habetq; ecclesiam metropolitanam Mediomatricis, leucis, Virodunensibusq; præsidentem. Continet aũt Treuirensis episcopi ditio Comitatus VVirnebergensem, Spanheimensem, Manderscheidensem & Arburgensem. Baronatus item Rifferscheidensem, Rutlingensem, & Rheineccanum. Cùm multas habeat egregiasq; ciuitates, omnium tamen caput est ipsa Treueris, quæ ad delicias & amœnitatem situm habet aptum satis, siue montes & valles, siue flumina & riuos prata perlabentes spectare velis. Montes Bacchico cultu virent. Ager satis hic est fœcundus: omnis generis pisces & ferina hic abundant. Mores hominum hîc natorum plerumq; tristes sunt, & ad melancholiam procliues, sed tamen mansuescunt paulatim commercio extraneorum, & Stoicum illud supercilium conuictu quasi recreatur. Ausonius bene de Treueris meritus, alicubi de illis aptissimè ait: Quin etiam mores & lætum fronte seuera Ingenium natura suis concessit alumnis. Aer frequenter hîc est nubilus & pluuiosus, vt quidam huc accommodent cloacam planetarum: id tamen propter conuallem vbi nebulæ suspenduntur, euenire satis liquet. In vniuersum Mosellanorum corpora laboribus mirè induruerunt, ac per montes aërios veluti capræ reptare & euadere spectantur. Palatium Treuiri est spectandæ antiquitatis. aliæ insuper moles adhuc extant, aliæ sub cœcis terræ speluncis sepultæ iacent. Spectat ad hunc Episcopatum etiam Obrincani tractus pars, quæ paucis abhinc annis ad magnam fertilitatem est perducta; antea enim ægrè produxit, frumentum, nisi ager prius duobus aut tribus annis fuisset fimo tinctus ac pinguefactus. nunc verò omnia ibi satis largè proueniunt præter vinum, quod tamen iuxta aureum fluuium, nonnullisque alijs locis crescit. Eyphalææ quoq; potior pars huic Episcopatui subest, terra multùm montosa & aspera, agerq; præsertim in medio syluestris & squalidus, vnde præter auenam vix quicquam elici potest. versus Rhenum tamen & Mosellã fœcundior est. Fluminib. aũt irrigatur is tractus Kilo qui & Gelbis, Pruimio, Vrro, Sara, Ahra, Sura, ac infinitis alijs ignobiliorib amnibus, torrentibus ac riuulis, qui omnes tandẽ Mosellæ, quæ Obrinca Ptolomæo dicitur, commixti ad Rhenum deferuntur. Montes quibus regio asperatur, Meliboci Abnobiq; portiones sunr, alicubi Oſtlingus, alibi Hairicus dicitur. Syluæ autem partim Weſterwaldt, partim verò Eyderwaldt & Eberswaldt vocatur. Lacus continet hic tractus binos, quorum alter iuxta castrum


ORIENS
TRIER
PARS
IFT
TRI
ER
MERIDIES
SEPTENTRIO

Vlmen extat, tantæ profunditatis, vt fundus illius nulla mensura possit deprehendi, plumbo etiam ad 300. orgyas demisso. Alter haud procul abest à monasterio quodam dicto zum Lach, profundus & hic est, nec vllum riuum recipiunt, cùm multos emittant. In hoc ad Abbatiam lacu lapides inueniuntur viridis, crocei & rubicundi coloris, vt Smaragdos & Hyacinthos mentiantur. Minerarum penè omnis hic tractus fœcundus est. In Comitatu Spanheimensi haud procul à Trarbacho iuxta Hernsteinensem arcem æs cuprumq; purissimum eruitur, à quo nullum segregatur argẽtum, ob idq; ductile est, cùm nullũ ei admisceatur plumbũ. Alio in loco prope Trarbach effoditur plumbi magna copia, quod sine impensis magnis depuratur. In Birckenfeldensi præfectura, pluribus in locis argenti venæ sese offerunt fossoribus. In dominijs Sleida, Cronenburg & Keila, in valle Heilenthal dicta, sunt ferri mineræ, vbi massæ & fornaces fusiles fiunt, qui vltra citraq; per Germaniam transportantur. Thermæ ægritudinibus varijs salutares, visuntur in Bertric, distantes à Mosella sesquimiliario.

GELDRIA.

GEldria à Gelre arce seu castro, quod VVicardus à Ponthe vna cum fratre Lupoldo ædificasse feruntur, nomen retinuisse dicitur: quamuis complures à Gelduba oppido, cuius frequenter meminit Tacitus, qui illud in Rheni ripa situm affirmat, iam verò nulla sui reliquit vestigia, appellata credunt. alij quoque aliam nominis rationem referunt qui narrant tempore Caroli Calui Imp. circa locum eum, in quo Gelria vrbs est, horrendam quandam ac veneno sam belluam, ijsq; locis ante id tempus nunquam visam cognitamq;, sub arbore esculo delituisse, magnitudinis immensæ, sæuitiæq; incomparabilis. hæc agros camposq; deuastans, nec pecoribus nec iumentis parcens: ipsis etiam hominibus à quibus non abstinuit, vsq; adeo formidabilis ob inexplebilem voracitatem ac atrocitatem euasit, vt finibus suis cedere complures, seq; solitudinibus abdere coëgerit. Duo verò cuiusdam à Ponthe, eius credo de quo paulo antè mentio facta est, filij: partim vt sibijpsis, partim etiam vt publico vicinorum commodo prodessent, miris technis audaciaque incredibili belluam aggressi: post dubium variumq; certamen ac luctam, tandem superiores bellua euasere, eaq; interfecta, haud ita procul à Mosa fluuio, ad Narsis ripã in memoriam rei, arcem extruxêre, cui Gelræ nomen fecere, voce ex continuo ac miserabili ac idẽtidem repetito mugitu eius belluæ, quem, dum cæderetur, edebat, mutuata. Eius verò habitatores vestusti Sicambri fuêre, quos ijsdem quibus hi Geldrenses sedibus hæsisse, ex Sidonio poëta colligi potest, cùm inquit: Sic ripæ duplicis tumore fracto Detonsus Vahalim bibat Sicambar. Hi bellicosi, atq; armis mirum in modum addicti erant, paulò ante nostra tempora. Hodie humanitatis studia maiore industria sectantur. mercaturæ quoque negotiationiq; insistunt magna ex parte, reliqui mechanicis partim artibus addicti, partim agriculturæ ob soli benignitatem inhiantes, vberrimos fructus consequuntur. Ducatus hic Culemburgensem & Burensem comitatus quoque complectitur: insulamq; Velauiam, vulgò die Velaw, & Trans Issulanum tractum, in eoq; comitatum Zutphanienſem & Dominimontensem. Vrbes atque oppida circiter viginti duo in eo numerantur. Nouiomagus vrbs Imperialis, sita ad Rheni ostij, cui Vahali nomen est, sinistram ripam, quod ibidem latissimũ habet ac profundissimum alueum, ac eousque velo vtuntur nauigia, quæ ex Hollandia sursum aduerso flumine contendunt, quòd si inde vlteriùs progredi nauigio libuerit, trahantur oportet. Ciuitas est præpotens, fortis, populosa, munita atque opibus abundans. dignitate fruitur vice comitatus, seu Burggrauiatus, eique liberũ est, sicut & reliquis Imperij liberis ciuitatibus, cudere monetam: cùm Imperio in nulla alia re subiecta sit, quàm vt in eius agnitionis testimonium quotannis modicum aliquid tributi, mittat Aquisgranum, quod est Chirotheca puluere bombardico impleta. Ruremunda ad Ruræ fluuij ostium sita, vbi Mosæ miscetur, vrbs habitatore frequẽs, situ natura & arte munita. Hinc Zutphanium, à paludibus sic dictum, quas Vehnen ibi vulgò appellant. situm ad ripam dextram Isulæ fluuij, qui Rheni etiam ostiũ est, ac Plinio & Melæ Fleuum dicitur. Arnhemium, Tacito Arenacum, vrbs est florens vrcunq;, ac primaria Velauiæ insulæ, cuius territorium paludosum atque vliginosum, syluisq; consitum, quæ ferinarum affatim præbent venatum. Medium istud Rheni ostium præter pristinum quod retinet nomen, Lecca etiam atque Lycus appellatur, præbetq; piscium magnam satis copiam. Geldriæ finitimũ est TransIssulanum, siue prouincia TransIssulana, Septentrionem versus, in tres diuisa regiunculas,


En tibi, amice Lector, nobilis ille clarusq; Ducatus Geldriæ cum omnibus eius limitibus, multis nauigeris flu-minibus abundè insignis, agrorúmq; ferendæ diues prosertim apud Batauos, quorum crebra fit mentio apud veteres cum ob miram gle'bæ vbertatem, tum ob egregias celebra-tissimã in armis dexteritatem, Iam recens ad exẽplar tius descriptionis quæ pridè excusa est Romæ per Mich Tramezi
GELDRIA
Ducat Bra
bantiæ Pars
Ducatus Iulia Pars
Iohann Busemacher excudit, Coloniæ,
Kessel
In dise
Peel
Cuick
Helmont
Horn
Weert
Stockem
Maseyck
Roermond
Venlo
Sittard
Dulcquen
Erckelens
Wassenberch
Hilensberch
Hirsberch
Vucht
Gangelt
Brebe
Dienst at
Geleenbroch
Rangeraide
Rurmund
Gulpen
Burg
Dreis
Glaubach
Rem
Zoen
Limach
Boscelaer
Aldenhoven
Wandlo
Linnich
Rurstat
Ubach
Brakelen
Sittrichi
Merdies prouin.
Xanten
Rees
Wesell
Boerdoi
Rynberch
Cleinenbroick
ORIENS
Cluna
Duc
Zutpha
Doesburg
Zutphen
Deventer
Arnhem
Elburg
Op dise Veeluwe
Amersfort
Harderwick
Kampen
Genep
Grave
Nimmegen
Cleef
Goch
Embrick
Doetcum
Wildenburg
Lochem
Borculo
Bredevoort
Aelten
Ryssen
Diepenheim
Ghoor
Millaria Geldriæ
Millaria magna, pol
sus quinq; pedes cõtẽ
Medleria millaria
quinq; millia pass
Eyserwirt
Bruwere
Werdenf
Boeckelo
Ameyden
Naerden
Muyden
Weesp
Gorcum
Schoonhoven
Culemburg
Vianen
Wijck
Vtrecht
Amersfoort
Harderwijck
De Zuijder Zee
Maris Australis
Pars
TRANSISALA
NAE PROV
SEPTENTRION
CIAE
PAR
minora
Henricus Nagell fecit

quarum quæ Issulæ vicina est, Issulanum vocatur, quæ trans Vidrum, quem Vecht vocant, sita est, Drentum dicitur, quæ verò V Vestphaliæ proxima est, Tvventa appel tur. Habet hæc prouincia vrbes mœnibus cinctas octo. harum omnium Dauentria caput est, ciuitas ampla nobilisq;. sumptuosissimis ædificijs ornata, ac populosa, inter primas Hanseatici fœderis numerata: eius incolæ humani ac hospitales, vnde oriundus geographus Iacobus Dauentriensis, quem præsens quoque Chorographia primum autorem agnoscit, qui cùm conterraneus sit meus, indecorum fortasse erit, nimium huius vrbis virtutes à me prædicari, cùm etiam dudum copiosè satis hanc descripserit reuerendiss. ac doctissimus ille Georgius Bruin Agrippinas patriæ suæ decus singulare, & quantũ in ipso est, liberalium ingeniorum sedulus promotor. Cùm autem Imperialis sit vrbs Dauentria, neque id moneta ciuitatis solùm testetur, sed etiam quòd summam siue vltimam iuris sententiam ex camera Spirensi petere atque expectare cogantur, quo iure eam sibi vel Hispanus vel ordines Belgij vendicare velint, nusquam cognoscere potui. Huic annumerantur Campena & Zvvollis, Naualia Ptolomæo, Imperiales itidem, suntque hæ tres perpetuo inter se fœdere sibi deinctæ. Ager harum regionum purus ac salutaris. Terra plana est ac humilis, montes rarissimi sunt, ijdemque syluis saltibusque consiti. Ager est fertilissimus, & ad quamuis culturam aptus, frumenti in primis ferax, hinc pascuis fœcundus, vnde pecorum ingentes alunt greges. vinum autem nequaquam gignit.

TErritorium hoc Groningense, quod Orientali atq; Occidentali Frisiæ interiacet, septendecim prouinciarum Belgicarum vna est, & quatuor Occidentalis Frisiæ statuum prima. Est autem Groninga vrbs ampla, natura atque arte munita & perpolita, quæ legibus proprijs regitur, & ipsa iurisdictionem obtinet, multorum vndique vicinorum sibi fœderatorum pagorum domina, viris armisq; potens. Nomen autem Frisiæ huic vrbi Grunium quendam Troianum dedisse quidam opinantur. Sed haud immeritò doctis atque acris iudicij viris suspectæ sunt pleræque populorum & vrbium origines, illæ præsertim quæ deducuntur à Troianis. Munsterus autem Francum dicit, non Troianum, sed & Troianus fuit, si Franci verè suum genus à Troianis repetunt. Si autem pauperis scholastici coniectura etiã ponderis aliquid habitura sit (recipere tamen eã nulli suaserim) à viriditate potius Grunningen dictam crediderim: cùm non solùm in amœnis pascuis tanquam in campo viridi sita sit vrbs, sed insignia quoque eius videamus esse trabem viridẽ in clypeo flauo. Per hanc vrbem multæ, eò ingentibus canalibus, quorum maior pars artificiosa manu perfecta est, ductis, aquæ defluunt. Quod ad bonarum artium studia attinet, vnius inter eruditos summi viri Rodolphi Agricolæ, in qua is natus est, laude claret. Cui sub annum M. CCCC. LXXXV. Heidelbergæ mortuo, Hermolaus Barbarus Venetus, doctorum sui temporis hominum facilè princeps, hoc elegantissimum tetrastichon posuit:

Inuida clauserunt hoc marmore fata Rodolphum
Agricolam, Phrysij spemq; decusq; soli.
Scilicet hoc viuo meruit Germania laudis
Quicquid habet Latium, Græcia quicquid habet.

Cùm autem hæc vrbs clientelis potens sit, separatam prouinciam constituit, & ob id titulum à suo nomine Principi proprium attribuit. Hanc vrbẽ & prouinciam Embdensis Comes Georgio Saxoniæ Duci, Caroli V. Imperatoris clienti, siue, vt nunc recentiores Iurisconsulti loquuntur, feudatario eripuit. Sed vbi eam tueri sibi atque retinere non valeret: eam ille Carolo Geldriæ duci, anno circiter M. D. XIIII. tradidit. Quam rem Georgius indignè ferens, ita ab hac mutatione, & Frisiæ moribus abhorruit, vt eam vrbem atq; vniuersam Frisiæ prouinciam Carolo V. tanquam supremo Domino, nimirum Imperatori, anno M. D. XV. & ipse traderet. Inde nata inter Burgundos, & Geldros atrocissima bella. quæ demum inito contractu, consopita fuere. Inter cætera conuentũ, vt dux Carolus ea prouincia, dum viueret, frueretur. post eius obitum verò ad Carolum quintum, tanquam ad Frisiæ dominum, vel ad eius hæredes rediret. Sed hac de re plura in Frisiæ Chronico Lugduni Batauorum, siue Leydæ, anno salutis humanæ M. D. LIII. edito, inueniuntur. In hac prouincia Ludouicus Nassouiæ Comes Guilhelmi Auriaci principis frater germanus, tempore Ducis Albani administratoris Belgici, feliciter satis grassabatur, dum Dammum oppidũ, & alios quosdam huius prouinciæ vicos in suam potestatem redigit. Idem etiam fratris sui partes contra Hispanos Albanumq; secutus, bellum acre contra eosdem mouit, & victoria (Hispanis, qui veterani omnes erant, vnà cum duce fortissimo, reique militaris peritissimo Arenbergico comite cæsis) ad monasterium illud Heiligerlee dictum est potitus. perijt tamen in eadem pugna Adolphus Nassouius, frater ipsius. Vt, Albanus deinde ipse, sumpto primo Bruxellæ de Egmundano Hornensiq; comitibus, quos Gandaui captos habebat, supplicio collectisq; maximis copijs eò peruenerit, & Ludouici comitis exercitum, quòd is viribus, militum numero, cæterisq; rebus omnibus longè impar esset, fuderit & dissiparit, vrbemq; obsidione liberauerit.


GRONINGENSIS AGRI VERA DESCRIPTIO. 1589
OCEANI GERMANICI PARS
PHRISIÆ ORIENTALIS PARS
DRENTÆ PARS
MERIDIES
Den Dollaert
Emden
DAM
Groningen
Delfzijl
Bergh
Coevorden
Meppen
Haren
Leer
Norden
Aurich
Emder Tief
Ems fl.
Miliaria Phrysica parua.



FRISIA.

DE Frisici nominis origine, cùm variæ & prolixæ variorum sint disputationes & opiniones, quas compendij causa hic recensere nequimus, relegabo lectorem ad perfectum Frisicæ gentis historicum Suffridum Petrum Leovvardiensem, Frisium, qui abundè satis hanc rem tractat in libello quodam hîc Coloniæ impresso. A Frisone tamen duce quodam ipsorum sic appellatos esse Frisones seu Frisios verisimilima est sententia. Viglius Zvvichemus vir vndiquaq; doctissimus, natione Friso, affirmat Frisones nomen suum antiquissimũ à seculis inde sibi vindicasse, nec vnquam, vti propemodũ omnes reliqui Germanorum populi, id mutasse, eoq; Aboriginum nomine sese insigniuisse, quòd in tanta caducarum omnium rerum confusione, ipsi originis suæ nomen intercidere non sunt passi. Veteres itaq; hi Frisij & sedem & nomen tuentur suum, quanquam nonnullis & Chauci olim dicti creduntur. Fit autem id vel ex ignorãtia, vel ex antiquorum geographorum scriptis haud probe intellectis. Chauci siquidem non Frisij, sed eorum fuere vicini. at cum Frisij à Rheni ostio, cui Fleuo nomen est, ad Amasium siue Amesin vsq; flu. continuo iuxta maris littora tractu habitent; Chauci ijsdem trans flumen vicini fuere, tandemq; abolito veteri vocabulo, toti in Frisiorum nomen concesserẽ, hodieq; Orientales Frisij vocantur, quos hæc nostra tabula non complectitur. Ad eorum autem differentiam hæc nostra, Occidentalis Frisia dicitur, quæ eadem vera & antiqua illa Frisia est, quæ sola ijsdem sedibus nomen suum tuetur. Hi itaq; VVige vvonum I. maritimorum & littoralium natio sunt, littora Germaniæ Aquilonaria tenentes. Gens ipsa ferox, robusti corporis, atq; animi intrepidi, ad necem prona, & libertatis studiosa, exterorum peregrinorumq; impatiens, castitatis amans, natos natasq; suas incorruptas educant ad maturam vsq; ætatem: nec matura sunt illis coniugia, vnde proles accipiunt robustiores, in grandiuscula corpora enascentes, potationibus plus æquo addicti. Rei pecuariæ magnopere dediti, cùm innumeros greges alant, ac boues omnium quos Europa habet optimos ac maximos ipsorum procreet regio, licet Anglia generosos gignat: ita vt hinc in omnem propemodum Europam abigantur. vaccis etiam fœcundissimis abundant. Equos bello aptissimos educat magis quàm gignit. Indies autem magis magisq; mercaturæ se applicant: nauticæ etiam rei studiosi, piscationibus insuper pleriq; inhiant. Regio hæc in quatuor diuiditur status, quorum eminentior est Gruningensis, de quo præcedenti folio diximus, reliqui sunt comitatus de Ostergoi, comitatus de VVestergoi, & comitatus septem Saltuum, vulgò Seuenwolden, horumq; trium caput est vrbs Leovvardia, opulenta & munita satis, hęc aulam forumq; habet quo litigantium causæ cognoscuntur, dijudicanturq;. Huic vicinus est Zvvichem pagus, Viglij Præsidis Bruxellensis natale solũ. Doccum, Oostergoiensis diœcesis oppidum Gemmam Frisium medicum ac mathematicum insignem nobis genuit. Staueren oppidum hodie, olim potentissima erat ciuitas in stricto maris Australis, inundationibus autem frequentissimis ad inferiorem iam multò fortunam redacta est. Franichera diues & opulentum oppidum, in quo vt plurimum nobiliores homines degunt, quòd perduellium sui principis (qui tum Saxonicus dux erat) obsidionẽ fortiter sustinuerit. vnde amplo ab eo prærogatiuo, & priuilegijs præ cæteris Frisiæ vrbibus ornatissimũ agrum habet, quemadmodum & vniuersa Frisia, planum ac pascuis fœcundissimum, stagnis tamẽ, lacubus ac paludibus interciſum. Sunt & alia huius regionis nobilia oppida, arcibus castrisq;, sicut


Op de Veluwe
Hollandiae Pars
TRIAS DESCRIP
Vrek
De Zuijder Zee
Occidens
Harlingben
Bolsward
Sneek
Leeuwarden
Emelore
Campen
Elburg
Geldriae Pars
Gelmuden
Sternwick
Oosterga
Meridies
Deuenter
Hasselt
De Drent
Groeningben
Wester Ems
Oos ter Ems
Gboer
Delden
Nieuhuisen
Veldhouen
Ems fl.
Dollart
Dam
Emden
Orientalis fri
Frisiae antiquissimae trans rhenū
prouinc. et adiacentium regio
num noua et exacta descriptio.
Ioan. Bussemecher. excudit Colonie Agr.
Henricus Nagel fecit
Cerfaine

hæc prædicta, munita. Aêr vtcunque salutaris est, nisi quantum paludum exhalatione infectatur, quanquam & id labis, si quid est, ventorum beneficio expurgatur. Maris sæuitijs ita obnoxia vt Choro flante sæpenumero periclitetur, atque dudum præterito 1570. anno, Cal. Nouemb. non pecudum modo, sed & hominum ad myriades vsque iacturam fecerit, vnde & in hodiernum diem diluuium istud Die Allerheiligen fluth vocatur. Obque has causas frumenti parum ferax est, inundationes enim annuæ, sementem aut extingerent, aut per agros omnes dispargerent. Vineta quoq; ob nimium frigus, ventorumq; rigorem regio non patitur. Syluas etiamsi habeat, tamen hæ sufficientes non sunt vt foco ligna ministrent. His itaq; natura subuenit procreata gleba illa pingui ac bituminosa, quæ vento indurata lignorum penuriam subleuet, eamque in tanta habent abundantia, vt & vicinis regionibus subuenire illis queant. Sunt etiam nonnullæ in Oceano vicinæ insulæ ad hanc regionem spectantes, arenosæ tamen omnes, quarum incolæ ex piscatura præcipuè viuunt.

HOLLANDIA.

HOllandiam probatissimorum authorum nonnulli dictam volunt quasi Holtlandiam, id est, terram lignosam; quod hanc olim syluis lucisq; horruisse persuasum habeant. Probabilior tamen sententia est eorum, qui Hollandiam dici asseuerant, tanquam terram canam seu cauernosam. Cui rei fidem etiam facere aiunt euentum, non ita pridem animaduersum: Ferũt enim prope Harlemum vaccam depascentem gramina in cauernam quandam incidisse, ac triduo post in maris sinu ei vrbi versus Orientem opposito, repertam esse. vnde & prouerbialiter dici solet Hollandt/Bollandt. Hæc olim Batauia dicebatur, à Batauo Cattorum regis filio, qui cum adiunctis sibi eiusdem populi viris, ob seditionem à popularibus suis pulsis, terram hanc habitatore cultoreq; vacuam occuparunt. Cuius rei argumentum esse potest Catvvicus locus prope Leydam. Ducis verò eorum nomen retinuisse videntur oppida nonnulla, Batenberga, Batoburgum, Batauodurum, quod nunc Wijck te Duerstede dicitur. Nomen Batauicum etiamnum retinet insula ista intra Vahalim & Leccam posita, Die Betaw dicta. Batauos ergo Hessorum populares esse, primum ex Tacito probari potest vbi inquit: Bataui donec trans Rhenum agebant, pars Cattorum, seditione domestica pulsi, extrema Gallicæ oræ vacua cultoribus, simulque insulam inter vada sitam occupauêre, quam mare Oceanum à fronte, Rhenus amnis tergum ac latera circumluit. Confirmat etiam Batenberga Hessorum municipium, hanc Taciti sententiam, de quibus etiam Plutarchus hoc modo refert. Bataui sunt inter Germanos optimi equites, insulam habitantes quam Rhenus circumfluit. Regio hæc mirum in modum populosa, hominumque diues vt plurimum procerorum veruntamen bene proportionatorum corporum, atq; animosorum, ciuilitate ac politia multum à maioribus differentium: exutis enim feris agrestibusq; moribus, placidi, iucũdi, ingenioſi, benigni ac hospitales sunt. Fœminæ eorum elegantes, & in rebus omnibus gerendis magnæ dexteritatis. Virilia vt plurimum officia exequuntur, præsertim quoad mercaturam: vnde regionem peragrantibus triplo plures fœminæ quàm viri obuiæ sunt. Vulgus frequenter mercaturæ, rei pecuariæ, nauticæ ac piscatoriæ deditum: ad voluptates autem aliquanto propensiores, ob rerum omnium abundantiã sunt. In domesticæ supellectilis nitore palmam vni concedunt Hollandiæ negociatores, quib. pleraq; Orbis pars peragrata est. Hæc olim suos reges habuit, quorũ meminit Suetonius in Caligula, cap. 44. Verùm anno Christi 863. à Carolo Caluo Francorum rege in Comitatum redacta est, eiq; præfectus est Theodorus è regio stemmate ortus, isq; primus Hollandiæ Comes fuit, qua quidem dignitate adhuc fruitur. Regio hæc sub Austriæ Archiducibus Nobiles perpaucos hodie habet, vnde in pauciores regiunculas distrahitur diuiditurq;. Egmundensem tamen comitatum, Brederodensem seu Vianensem baronatum, atque Vltraiectensem diœcesim continet. Quinque præterea minores insulæ eius Iurisdictioni parent, versus Meridiem positæ, quæ Zeelandiam prospicit, quarum nomina sunt Voorn, Gaurede, Somersdijck, Pierschille & Corendijck: præter soli fertilitatem nihil notatu dignum habentes. Negant multi inueniri regionem quæ simili spatio tantum oppidorum atque vrbium contineat, mediocri quidem magnitudine, sed incredibili politia. Dordracum quatuor fluminũ concursu in insulam redacta, qui anno 1421. abroserunt eam à continenti, Brabantiæ enim cohærebat, ciuitas ampla, pulchra, opulenta ac præpotens, ædificijs elegantibus ac magnificis ornata. Harlemum omnium quæ in Hollandia sunt vrbs amplissima, cui incolarum suorum testimonio Ty-


Occidens
HOLLANDIA
Hollandia quæ olim Batauia antiqua Cattorum sedes, undique fere cingitur Mari, præterquam qua Rheno et Mosa fluminibus ad Orientem et Meridiem à continentis finitur: cuius mediterranea fluminibus riuisque obique fere irrigantur et fœcunda vbera quam dici possit reddunt, adeo de agrorum fertilitate nulli regioni cedit
Oceani Germanici Pars
Dyc
Suyder Zee
Phrisiæ Pars
Vtrecht
Gel
driae Pars
Orientis
Wieringe
Vtie
landt
Sedlung
Mullaria minor

pographicæ artis inuentio debetur, aiunt enim eius inuentorem ante perfectam artem morte præuentum, eiusque deinde seruum Moguntiacum profectum, vbi continuo exercitio ad perfectionem ars perducta est, vt hæc altrix seu nutrix, illa artis mater sit. ante annos circiter triginta Martini Hemskerchij pictoris arte claruit; hodie aût per limatissimum Henrici Goltzij cœlum illustrem ipsam facit. quàm se fortem & Romanam contra Albani ducis obsidionem præstiterit, belli Belgici historiæ etiam ab aduersarijs eius conscriptæ testabuntur. Delphium quoque vrbs magnifica, in qua Guilhelmus Auriacus princeps perijt ac magnificè sepultus est, omni propemodum orbi notissima ex cereuisia quam incolæ eius dulcissimam coquunt ac distrahunt: in hac etiam indignè perijt doctissimus ac integerrimus ille Musarum cultor Cornelius Musius: ex hac oriundus quoque est nebulo ac impostor ille Dauid Georgius, qui cum illiteratus esset, tanta tamen erat ingenij perspicacitate, vt sectam supra quam abominabilem condiderit. Leyda quam Ptol. Lugdunum Batauorum vocat, Lucæ Leydani artificiosiss. pictoris & chalcographi clara. ex hac quoque prodijt Ioannes Leydanus anabaptistarum rex. Roterodamum vel ob hoc clarum quod summum literarum decus Desiderium Erasmum genuerit, quem hodie Basilæa sepultum tenet, cum hoc, sepulchro eius inscripto, elogio:

Hîc iacet arte Plato, Cato vita, Tullius ore
Vermes corpus alit, spiritus astra petit.

Amsterodamum autem, post Antuerpiam, totius Belgij emporium celeberrimum, quô quotannis appellunt classes ducentarum ac trecentarum nauium ex omnibus Europæ partibus confluentium. Enchusium atque Hornam vrbes, cùm cætera, tum inprimis prælium istud nauale contra Bossouium comitem illustres facit.

ZELANDIA

VNde nomen hęc prouincia traxerit, haud obscurum fuerit vel illi qui præter eius picturam viderit nihil, quippe cùm salo cingatur vndequaque. Huius autem Zelandiæ cùm insulæ sint complures suis quæque nominibus insignitæ, easq; vix possibile sit separatim describere, eò quòd varijs inundationibus obnoxiæ vi tempestatum, cùm locum tum formam, atque ipsos sæpe incolas mutant: eo quo commodissimè fieri poterit ordine describemus. Præcipuę huius regionis insulæ sunt septem, reliquis firmiores magisq; cultæ, quarum si prius incolas considerauerimus, eas deinde persequemur. Erat hæc terra Cæsaris ætate nil aliud quàm Batauiæ appendix, inculta, nec vnquam ad serendi vsum vomere prosciſſa, aut fossione subacta, sed æstuarijs ac paludibus impedita Huius terræ primos incolas Olaus Gotthus & alij plures tradũt Cymbros fuisse: quare sic de ipsorum origine differit Leuinus Lemnius: Constans fama est, atque indigenis per manus tradita, à Gotthis & Danis hanc gentẽ profluxisse, præsertim ab illa insula Gymbria, quæ in Dania Zelandiæ nomine inscripta est. Hi antiquitus Mattiaci dicti sunt, ex vulgata alloquendi consuetudine ac compellatione qua populares atque indigenæ inter se vsi sunt. Maet enim ipsorum (sicut hodie & Batauorum, Frisiorum ac plerumq; Germanorum maritimorum (lingua, consilij, laboris itinerisque socium aut comitem sonat. Atque hoc etiam eos nomine Tacitus appellat, cum inquit: Mattiacorum gens Battauis similes, nisi quòd ipsi terræ suæ solo acrius animantur. Eius populi hodie inquilini ac indigenæ robusti, statura corporis liberali, feroces, viribus, ingenio, solertia, versutijs, calliditate, fallacijs, captionibus, negotiandi peritia ac conquirendi industria ipsis etiã Batauis superiores. Maior verò pars rei nauticæ ac piscationibus dediti, qui ea sunt morum ac vitę integritate, vt nũquam inter illos vllæ contentiones, iurgia, simultates, dissidia exoriantur, nec magistratus vnquam nisi in vrgentissimis causis, se horum controuersijs interponit. In re domestica ac familiari omnia elegantia, nitida, exposita mensa frugalis, nec vnquam prodigaliter sumptuosa. In mercatura exercenda nemo non ciuium solers atque industrius, lucri auidus, ad rem attentus. in tenuiores tamen atque inquilinos inopia pressos, liberalis ac beneficus, in cæteros hospitalis, comis, candidus. Nauticæ rei his vix quisquam magis peritus. Cùm autem tam numerosa multitudo piscatu se exerceat, ac paulò longius in Oceanum progressa, victum in mari venetur: si quando parcè ac malignè piscari contingat, nullus vnquam horum se vexat aut excruciat, nec cuiquam malè precatur, sed omnia placidè perfert, meliorum spe atque fiducia. Regionis huius insulas Orientales ab Occidentalibus discriminat Scaldis flu. Orientales insulæ præcipuæ quidem tres sunt: Tola seu Toleta, à vectigali seu portorijs nomen sortita, quem indigenæ Tol nominant: hæc Brabantiæ contermina, exiguo tantum freto discreta est. Huic coiunctus est agger Martianus, vulgò Martins dijck, locus amœnus atque arboribus vndique consitus, in quibus maxima alitum, præsertim ardearum copia nidulatur Huic ad Circium obuersa est altera cui Duuelandiæ nomen est, à columbarum frequentia. Hæc nullum habet oppidum mœnibus cinctum, pagos autem & nobilium domos aliquot complectitur. Huic rursum ad Fauonios aduertitur Scaldia seu Schowen insula, nomine sumpto à Scaldi flu. quo parte sua Austrina alluitur, cuiusq; ibidem catharractæ sunt quibus Oceano miscetur. habet hæc in circuitu miliaria septem, olim multò maior extitit, at hodie maris sæuitia diminuta, ciuitates duas continet, Bravvershauiam in Septentrionali, & Ziriczæam in Au-


ZELANDIA
Septentrio
Comitatus Hollan
diae
Pars
Walche
Beiela ndt
Zuyt
Brabã
tiae Pars
Duca tus
Comi-
ta
tus Flandriæ Pars
Zelandiarum insularum
exactissima et noua de-
scriptio, auctore D. Jaco-
bo à Deventria
Tobian hufemecher excudit

ſtrat inſulæ parte poſitam. Occidentalium inſularum prima ad omnium maxima eſt Suitbeuelandia, ab hac auulſa eſt ciuitas enim ignobilis Romerſvvallia, quam nullis excultam agris, nullis exornatam pomerijs Oceanus vndique alluit, ita vt vnica Salis negotiatione ſubſiſtat alterum huius inſulæ oppidum Borſele eadem tempeſtate penitus oppreſſum, anno ſcilicet 1532. Huic in Boream Nortbeuelandia apponitur, cuius oppidum eſt Cortkeene. hæc pro delicijs totius Zelandiæ habebatur, ſed eodem anno inſula integra ita mari abſorbta eſt, vt eius præter turres nonnullas quæ ex vndis prominent, nulla ſint reliqua veſtigia. Inter vtranque iacet Wolffersdijck/ duos ſaltem pagos habens. V Valchria autem ab Occaſu æquinoctiali Britanniæ obuerſa eſt, in quã breuiſſimus eſt traiectus, & à qua parte primus in Oceanum ingreſſus quocunque terrarum dirigi poteſt. vrbes continet tres, Vliſſigam, Metelliburgũ & Campoferiam, quam ter Veer indigenæ vocant. De aêris autem Zelandici clementia haud multa polliceri auſim (inquit Lemnius) vt qui in nonnullis partibus ſit paulò aſperior, & quàm vicinarum gentium, minus ſalubris, præſertim æſtate, ob paludum & ſtagnorum graues halitus, & quòd regio arboribus minus conſita. Hoc tamẽ habet commodi, quòd contagioni ac peſtiferis morbis minus ſit obnoxius, ac ſerius inficiatur; at infectus immaniter in corpora hominum graſſatur. Sal candidiſſimum ciuium induſtria conficitur. Terra adeo fœcunda, vt bina iugera Zelandica plus emolumenti cultori afferant quàm quatuor Branbantica. Prata ac paſcua habet lætiſſima, pecora fœcundiſſima. Ferinas autẽ vix alias præter cuniculos habet.

BRABANTIA.

BRabantiæ nomen vnde sit, variæ offeruntur opiniones. quidam à Brenno Britannorum cuiusdam regis filio qui Belgis imperasse dicitur. Alij à Bratuspantio quodam Bellouacorum oppido cuius Cæsar meminit. Alijs placet dicere Brachbandt quasi Brachlandt, quod terram incultam ac sterilem significat, quod verum videri posset, nisi animaduerteretur superiori Brabantiæ parti, quæ lætos vtcunque agros habet, prius id nominis datum quàm inferiori, quã Campestrem etiamnum Brabantiam, vulgò Kempenlandt vocant: qui tractus vsque adeo sterilis est, vt non exiguam coniecturæ fidem faciat. Alij à Saluio Brabone quodam, C. Cæsaris ex nepte cognato, qui gigantem istum Druonem Antigonum ad Scaldi ripam occiderit, quod tamen à sanioribus tanquam fabulosum, ridetur. Sunt qui à Godefrido Barbato Louanienſi comite appellatam regionem velint: coniectura frigida videtur, nisi fortè is vetus iam ac penè obsoletum id nomen reuocarit. Becanus ex vernaculæ linguæ dictione Braef siue Braue, & bant, quo vinculum seu fascia significatur, ac postea quoque signum seu vexillum, compositum esse credit. ita vt Brabandt quasi Brauabanda dicatur. Brabantia etiam Rhetia dicta est: Tongri longè antè Cæsarem è veteri Germania Rhenum transgressi, in Gallia Belgica agros Rheno propinquos occuparunt, eoque tractu consederunt. vbi hodie eius nominis oppidulum Tongrien veteris populi vestigiũ supereſt in Brabantia. Tongri hi fuêre antiquissimi Belgarum, & ij qui ex Germanis oriundi, primi sibi Germanorum nomen vsurparunt, teste Cor. Tacito. Hæc igitur Germaniæ secundæ pars frequentior facta, ob portuum commoditatem vrbes istas, quas illic noſtra ætas maximas videt, modicis vicis ad istam visendam amplitudinem opulentiamq́., intra quingentorum annorum spaciũ, paulatim perduxit. Argumento sunt quod mediæ ætatis scriptores Gandauensis pagi & aliorum mentionẽ faciãt quos iam videmus vrbes capacissimas atq; ornatissimas esse. quin & hodie viuũt qui terq; quaterq; ampliatã viderunt Antuerpiam. Circa Louanium Grudios & Leuacos populos habitasse ferũt. Ducatus priuilegio gaudet Brabantia, ac continet etiamnum in se dominia complura: vtpote S. Imp. Marchionatum Antuerpiensem, & Bergensem, agrum Hornensem & Kesselanum, comitatus Hochstratensem ac Megensem: Dominia Mechlinienſe, Bredaense ac Rauensteinense, & si quæ præterea. Brabantus hilaris, festiuus, ridiculus, in scenicis comicisq́; moribus immodicus teste Lemnio. Eius populi hodie humanissimi ac festiuissimi, vt plurimum tam mulieres quàm viri mercaturæ vacant, atque ita scientiarum, artium & linguarum studiosi sunt, vt vix videre sit familiam, quæ non duas, tres pluresúe diuersas linguas exactè loquatur. Vrbes nobiliores sunt Bruxella, ducis sedes. Louanium celebre literarum atque artium emporium, à Ioanne Brabantiæ duce fundatũ, circa annum Christi 1422. in circuitu habere dicitur intra mœnia miliaria Italica quatuor. Antuerpia, vt illud artium, ita hæc mercium variarum famatissimum per orbem omnem emporium, Scaldifluuio, quem Tabudam Ptolo. vocat, ponè positum, qui tantæ est profunditatis, vt etiam altissimis ex Oceano ascendentibus nauibus ad vrbem vsque ingressus pateat tutissimus: non toti tantum Europæ, sed & Asiæ atq; Africæ seruit, rebus cùm ad vitæ vsum necessarium, tum etiam splendorem atq; ornatum pertinentibus, hinc enim ad omnes orbis partes nauigatio patet. Buscum ducis seu Syluaducis, cuius incolæ etsi ciuiles satis ac negociationi dediti, tamen plus antiquæ fortitudinis retinuisse dicuntur, quàm reliqui eorum conterranei. hi sunt qui toties negocium facessebant Iulio Cæsari, priusquàm in officio reti


BRABANTIAE
Brabantiae
Belgarum prouinciæ
recens exactaque de-
scriptio. Anno
Comitatus Hol.
Occidens
Meridies
Pars Orientis
Pars Cliuiæ
Millliaria Brabantiæ
Henricus Nagel fecit

neri possent. ex hac oriundus Georgius Macropedius linguarum professor insignis. Mechlinia duplici iam clade nota, quarũ alteram anno 1546. die 7. Aug. accepit. Porta enim (vulgò die Sandtpoorte) erat quædam, in qua circiter 800. vasa pulueris bombardacij reseruabantur, de cœlo tacta, oppidum ferè totum, cum frequenti incolarũ numero, maximo affecit incommodo. Alteram vix hac minorem ab Hispanis accepit anno 1572. ex hac oriundus est chalcogz insignis Fr. Hogenbergius: sicut ex Rupelmũda prodijt Gerardus Mercator Geometer huius seculi celeberrimus, & chalc. haud aspernandus. Aere fruuntur saluberrimo. Regionis territorium ex parte fœcundum est, præsertim qua Meridiem prospectat, ac versus Namurcensem comitatum, ea enim parte ager fertilissimus est. qua verò ad Septentrionẽ spectat, loca sunt vsqueadeo sterilia, vt per aliquot miliaria eà iter facientibus, præter mẽdicantes vix aliud obuium sit, non sufficiente agro cultores suos, quamuis numero paucos, alere. Ferunt tamen, oues Campestris Brabantię in cibatu reliquis delicatiores haberi, ac lanam quoq; reliquis ouibus ferre molliorem ac subtiliorem. eiusdem etiam ligna durissima ac robustissima perhibentur. Vineta habet regio circa Louanium, quod tamen vinum acerbum & austerum gustu est. Syluas insigniores quinq;, Sonienſem, Sauenterlo/Grotenhout/Grotenheist & Meerdal, Fluuijs rigatur plurimis, qui mercibus vndequaq; conuehendis non parum commodi sunt.

FLANDRIA.

FErræ huius nomen cùm minimè antiquum sit, vtpote cuius supra quingentos annos nemo scriptorum meminerit, de eius origine asseuerari nihil potest. Sunt qui referant ad Flanbertum Clodij ex Blessinda sorore, Sicambrorum regis nepote, ac Falandi filium, quem Clodius captæ Rotomago, & adiacentibus littoribus maris præfecisse dicitur. malunt alij à Flandrina deriuare, vxore Liederici comitis ab Haerlebeken, aiũtq; ob eius insignia merita in Imperatorem voluisse Carolum Magnum hãc prouinciam vxoris ipsius nomine vocari. alij ex fluctibus flatibusq; continuis quibus regio hæc obnoxia est, natam vocem credũt. Hæc prouincia ex multis diœcesibus ac regiunculis in vnum conflata est comitatum. Rutheni namq; erant qui circa Iccium portum, nunc colis, considebant: ab eorum duce Ruthenio, tenebantque littora maris, qui tractus hodie vulgò terra Guysonum, (t'Lant van Guysen) dicitur. Morini dicebantur qui Terrouanam ac adiacentem regionem tenebant. Blandinos etiam appellatos reperias à Blandinio eorum Principe Regionis incolę ita olim bello addicti fuêre, vt quieti pacatiue vix vnquam viuerent; ac Syriam etiam, terramq; sanctam ac Hierosolymam, eorum arma peruaderẽt. Hodie humani adeo, atque ciuiles sunt, vt nusquam ferè gentium exteriores peregrinique, humaniores ac hospitales magis experiantur. Mercaturæ sedulam nauant operam; mechanicis frequentissimi incumbunt, ita vt oppidum in ea pagumq; vix reperire sit, qui non in 70 aut 80. interdum diuidatur opificia, singulis frequentissimis hominum cœtibus addictis. ac quod vix alibi videre est, haud reperias pueros quatuor annos natos, qui non sufficientes sint labore suo victum sibi comparare. Cùm enim pannorum, tam laneorum quàm lineorum ingentem copiam concinnent: hi aut fila fuso ducunt, aut in globulas ea redigunt, aut lanam tractant seliguntque, aut aliud quippiam operæ impendunt. Vnde cùm populosissima sit prouincia confertiq; habitent, ita vt pagi complures vix populosissimæ Germaniæ vrbi habitatorum frequentia cedant, fit vt in plerisque oppidis, quotannis telarum aliquot millia absoluantur. quin & præter hos pannos alia etiam diuersa telarum genera hinc in omnes ferè orbis partes venum exportantur, cuiusmodi sunt quos sua ipsi lingua Tapisserien, id est, Tapetia, Saie, Fistain, Boucrain, & Bourat vocant. Diuidebatur hæc regio olim in tres partes: in comitatum sub regibus Galliæ, in dominium sub Imperio, & in propriumsub ipso comite. Hodie diuiditur in Flandriam, Teutonicam, Gallicam, & Imperatoriam, quam & proprietatem. Imperatoria, quod dudum Romanorum Imperio subiecta fuerit, alio etiam nomine Alostensis comitatus dicitur, ab eiusdem in ea nominis oppido. regio haud ampla inter Denderam & Scaldim fluuios comprehensa. hæc insuper Flandrię portio subdiuiditur in comitatum Alostensem, Dendermondense, territorium, & quatuor (vt vocant) officia, quæ sunt Axel, Hulst, Assenede, Bouchouten. hæcq; Flandriæ portio propemodum habetur fertilissima. Teutonica autem est ea, quæ terminatur à Sept. mari Oceano, à Mer. Lyza flu. ab Or. Scaldi, ab Occ. Fossa noua & Artheſia, estque hæc pars minus fertilis, solumq; sabulosum & macrum habet. continet hæc pars quatuor Flandriæ membra primaria, Gandauum, Brugas, Ypram, & Liberos tres vrbium principalium, quarũ primas tenet Gandauum. hanc ante Iul. Cæs. aduentum Odueum, alij Clarineam appellatam tradunt, ac deinceps Gaidam ab ædificio seu castro ibidem à Cæsare extructo. vrbs est quoad situm, munitissima ac perampla, ita vt inter maximas Europæ vrbes connumerari debeat: habet enim intra muros circuitum 45640. pedes Romanos,


Flandria parua loco, sed nomine maxima et est re : singula sunt aliis, hæc bona cuncta tenet
FLANDRIÆ DESCRIPTIO
Septentrio
Maris Germanici Pars
Occidens
Picardiæ Pars
Artesiæ Pars
Brabantiæ Pars
Hannonia pars
Scala miliarum.
Milliaria flandrica magna
Miliaria flandrica parua
Flandria Galliæ Belgicæ prouincia celeberrima continet in longitudine miliaria flandrica 31, in latitudine verò 20, Cuius termini sũt a Septentrione Oceanus Germanicus a Meridie Hannonia et Artesia, ab Occidente Gallia, ab Oriete verò Brabantia Regio est. Eius rerũ quæ hominis victũ cõtinent, facilia, Vrbiũ munitarũ frequẽtia nulli cedens.
Coloniæ Agrippinæ, Ioan Bus.

qui conficiunt miliaria Italica ſeptem. reperias intra mœnia inſulas habitatas circiter 26. Brugæ ſeu phanum Mercurij olim ſplendore ſuo totam Flandriam obfuſcans, iam in minore fortuna verſatur. Ypra à præterfluo eiuſdem nominis torrente ſic appellata, quæ fundum ſolumq; habere dicitur plumbeum, ob infinitos canales plumbeos, ibidem vndequaq; inſertos, vt commoditatem præſtent maximam ſingulis penè domibus ac vicis aquam largientes Liberi (Landt van den Vrien) vocantur, quòd iugum Brugenſium excuſſerint. Flandria Gallica, eò quòd lingua vtatur Gallica, à Mer. attingit diœceſin Cameracenſem, ab Or. Scaldi flu. & Arteſia terminatur. Regio haud ampla, ac ſupra modum quàm dici queat, fertilis, cùm rerum omnium, tum imprimis frumenti & rubeæ tinctoriæ, prata ac pabula habet lætiſſima. continet oppida atque vrbes elegantes & opulentas, quarum prima eſt Inſula (vulgò Ryſſel) per pulchra & diues, emporium poſt Antuerpiam & Amſterodamum primas tenēs. Duacum (catuaces videntur à Cæſare dici) fontium ſcaturigines limpidiſſimos habet. Tornacum (quos Cæſ. Neruios vocat) nonnullis Ptolomæi Baganum eſſe creditur. Ac vt multa ſimul complectar, habet vniuerſa Flandria ciuitates mœnibus cinctas numero 28. pagi numerantur 1154. vt enim immeritò Hiſpani eò venientes omnem Flandriam vnam ciuitatem eſſe dixerint. Terra plana eſt, ſyluas complures habens, cùm olim in vniuerſum ferè ſyluis horruerit.

NAMVRCVM.

PRouinciæ huic, comitatus titulo gaudenti, Namurci nomen est. Istud verò à Metropoline in ea, an verò metropolis ab ipsa sibi assumpserit, haud exploratum quisquam nostrorum habet, quemadmodum ne ipsius quidem nominis originem, ab indigenis etenim Namur, à Germanis autem Namen dicitur, quid tamen propriè significet, ignorant. Fabulosam enim atq; anilem eorum duxerim, sententiam nullius probati scriptoris testimonio confirmatam, qui afferunt olim in mũte ipso, cuius in iugo etiamnum arx propter vrbem Namurcum suspicitur, idolum quoddam Nani cognomine coli solitum, quem fatidicum fuisse ac responsa petentibus dedisse ferunt, deinceps autem patefacta & inualescente iam fide Christiana, obmutuisse ipsum, atque sic ex mobili cum fixo coniuncto Namurcum conflatum esse, quasi dicas Natum mutum. Prouinciæ huic vicini sunt Leodienses, Brabanti, Hannones ac Lucenburgenses. Duo eam fluuij illustres ac nauigabiles irrigant, Mosa nimirum & Sambrius. Montibus regio non asperatur, quamuis neque plana omnino sit, sed collibus ac vallibus hinc inde extollatur. Syluas habet complures, quorum maxima est ea quam Marlaignen vocant, in ijsq; crebra nobilium venatio esse solet. Omnium quibus ad sustentationem sui vita humana indiget, fructuum ferax est. Ferrifodinas habet multas. Effodiuntur ibidem lapides nigri, seu vt verius loquar, lapidei carbones, quos Germanicè lapides carbonarios (Steinkolen) vocamus. à literatis λιθάνθρακες appellantur. in his mirabilis quædam naturæ operatio apparet: cùm enim in cæteris corporibus infusum oleum ignis flammam alat atque augeat, contra autem superinfusa aqua ardorem aut extinguat aut minuat; hi superinfusa aqua accenduntur, oleo autem extinguuntur. Incolæ (quemadmodum etiam circumiacentes vicinæ regiones ad quas ijdem transuehuntur) calidissimos ac lucidissimos sibi ex his ignes in domibus suis struunt. Fabri etiam ferrarij frequentius his in officinis suis vtuntur, siquidem facilius quàm alij ex ligno vsti carbones ferrũ mollificare queunt. Lapidum etiam fodinas in eodem hoc comitatu videre est, ex quibus nigra rubea ac versicoloria effodiuntur marmora, quæ ad exteras nationes abductæ magno hominibus sunt vsui in templorum ac magnificarum domum ædificatione atq; exornatione. vnde etiam haud exiguum lucrum ad terram hanc redit. Quatuor habet vrbes muro cinctas comitatus hic: Namurcum videlicet, Bouuignes, Charlemontium ac Vallencuriam. Namurcum, vt supra monuimus, prouinciæ metropolis est, atque haud ita pridem Episcopalis eò translata sedes est. loco sita oportuno, in confluentia nimirum Mosæ ac Sambre fluuiorum, ducto ad vtriusque littus ponte lapideo. in hac etiam totius regionis curia est. Bouuignes ad læuum Mosæ latus sita, olim ob ædificiorum magnificentiam atque incolarum multitudinem vrbs spectata erat, nunc verò varijs bellorum cladibus afflicta & destructa, parui valoris est. Charlemontium arx est munitissima atque inexpugnabilis penè extructa ad Mosam fluuium à Carolo quinto Imperatore, à quo etiam nomen adepta suum est, cuius vix similem reperire liceat, prospicitur namque in monte excelso, haud procul à Giueto pago. Vallencuria oppidum minimè aspernandum Præter Abbatias, quarum complures sunt, circiter octoginta pagi in prouincia hac numerantur, quorum aliqui, ex quibus sunt Floreff, Vascie, Sanson, &c. adeo sunt ampliatq; egregij, vt non alios tantùm pagos longè antecellere, sed cùm vicis atq; oppidis quibusdam certare quoq; videantur. Olim regio Marchionatus titulo claruit, circa annum aũt 1200. in comitatum redacta est. Incolæ viri sunt bellicosi, principi suo toti addicti ac fauẽtes, Gallicè loquentes. Prouinciam hanc, quemadmodum etiam plures Belgij regiones, accuratissimè ac diligentissimè descripsit Ludouicus Guicciardinus.


LE ODIEN
SIS
PAR
EPISCOP.
LEO
DIE
NSIS
Ardenna Silua
OCCIDENS
NAMVRCVM
CVM ADIACEN-
TIBVS REGIONI-
BVS DESCR.
Namen



LVcenburgij Ducatus à metropoli in eo nomen sibi assumpsit, ea ad Alsatium flu. sita est, atque ex Comitatu, quo olim honore dignitateq; valebat, in Ducatum tandem euecta est. De hoc tractu sic refert Petrus Diuæus: Leucorum gentem iuxta Treuiros, Mediomatrices ac Lingonas habitasse indubitatum est; oppida eorum Tullus ac Nasium Ptolomæo celebrata, nomen seruant, Toul & Nansij. Vernaculè appellantur Die Lutzen, lateq́ue imperarunt, vt ab ijs Leucenburgij celebris oppidi nomen ortum sit, quasi Der Lutzen Burg. Ij hodie Austriæ Archiducibus subsunt. Lazius Mosellanum ducatum vocat. Incolæ nobilium penè mancipia sunt. Linguis vtuntur Gallica & Teutonica corruptis. Distinguitur regio in septé comitatus, ij sunt: La Roche, Durbi, Salme, Chini, Van dalen seu Vianden, S. Ioan, Manderscheidt. Baronatus in hoc Ducatu penè innumeri sunt, ac Dominia infinita. Neq; enim vniuersa Belgica prouinciam habet, quæ nobilibus frequentior sit quàm hæc, quorum tanta est libertas, & in subditos ius, vt vel Regulis comparentur. Ciuitates habet muris cinctas in vniuersum viginti, è quibus principalior quę toti regioni nomen suum cõmunicat, est Lucéburgum; hãc Alisuntius flu. interluit, partem vrbis superiorem & montanam ab inferiori & plana dirimes, putatur hęc esse quam Ptolomæus Augustam Romanduorum dixit. vrbs est ampla & capax, ædificia domusq; vtcunq; splendidæ, verum belli iniurijs variè afflictæ. Reliquæ vrbes sunt Arlon, Rodemarck, Theonuille, Grauemacre, Conigsmachre, Dickirch, Vireton, Esteruerck, Vandalen, Bastonac, Mommedi, Neuffchasteau seu Nouum castrũ, quod Paulus Aemilius munitum oppidum vocat: Danuillers, Maruil, la Roche in Arduenna sylua, Durbi, S. Vitus, Marche & Salme. Habet præter hæc etiam alia nonnulla oppida, quorũm tamen mœnia crebris bellorum incursionibus diruta iacent. vicos pagosq; ad 169. continet, eorumq́; nonnullos satis amplos & opulentos Castra atq; arces permultæ sunt. Septem verò in eo Ducatu memorantur esse loca, quibus planetarum septem sunt nomina indita, ijsq; dum Pagani atque Ethnici essent incolæ, ibidem sacra fiebant. cuiusmodi videntur esse Arlon, tanquam Aram Lunæ dicas, cui eo loco sacrificabatur: Solocure, castrum montanum, à Sole nominatum creditur. Marche Martis nomen referre videtur. reliqua coniectura vix assequi licet. Lucenburgensis regionis ager benignus ac fertilis est, cuius etiam loca nonnulla vineta ferunt, vina tamen ignobiliora sunt. Fluminibus regio omnis rigatur plurimis. eorũ primum nobilissimumq́; est Mosella, seu Obrinca flu. è radicibus Vosagi montis ortus, non procul à Rotandi flu. fontibus, versus Austro Africum seu Magistralem ventum, ducit alueum per mediã Lotharingam, Metim vrbem alluens, hinc per Lucenburgensem hunc ducatum lateraliter lapsus, Theonuille, Sirich, Treuirosq́; lambit. hinc Bernecastellum, Tribachum & Coanum præterlapsus, iuxta Confluentiã Rheno miscetur. hunc conatus est olim Lucius Veterus Romanus Sonio fluuio iungere, fossa ducta decem milliariorum: vt Mediterraneo mari classis Romana, euitatis terræstris itineris impedimentis, naues primum Rhodano flu. per Narbonensem Galliam, inde per Sonium ad hanc fossam, ex ea in Mosellam, deinceps in Rhenum, ac deniq; in Oceanum duceretur. Reliqui fluuij Lucenburgẽsem agrum rigantes sunt, Chier, Mosa, Bemoij, Houl, Lech, Alsatus, Atardus, Sourus, Prumeus, Mineus, Chomeus, Orto, Albis, ac innumeri penè riuuli. Montibus regio vndique attollitur, sylуisq; intricatur. eæ omnes Arduenne totius Galliæ maximæ sylуæ rami sunt. Minæras reperias non procul à Manderscheidt, in dominijs Keyla, Cronenberg & Sleida, in valle cui Hellenthal nomen est: quod ferri copiam prębet optimi. Conflantur etiam ibidem ex ferro fornaces & pyreteria, quæ per totam distrahunt Germaniam ingenti lucro. Thermæ Bertricenses, duobus penè à Mosellæ amnis ripa milliaribus distant, quamuis hæ Eyphaliæ potius quàm Lutzenburgij Ducatui annumerandæ sunt. Terminatur regio à Septentrione Leodiensi episcopatu ac Namurcensi comitatu, à Meridie Lotharingia, ab Ortu Mosella fluuio ac Treuirensi episcopatu, ab Occidente Eyphalia & Arduenna sylua, & Mosa fluuio.


LVTZENBVRGĒ
SIS MONTVOSISSIMI
ac saltuosissimi Ducatus vera
et compendiosa descriptio
nunquam antehac visa.
OCCIDENS
ORIENS
CONTE
DE NAMVR
LA DVCHE DE
LVXEMBVRG
BOVRG
PAIS
DE BARROIS
Scala Miliarium
1588

ARTESIA.

HAud obscuros fuisse Galliæ Belgicæ populos, quos Atrebates vocamus, vel ipse Iulius Cæsar testis erit. gens est etenim bellicosa, antiquum etiamnum nomen suum retinens. Atrebatum metropolis eius Latinè sic dicta, etiam Flandriæ olim vrbs primaria fuit, Gallicè Arras dicta, vnde & circumiacens ager, totaq; prouincia, Artois Germanicè, quasi Arratois dicas, contractè autem Artois appellatur, hinc recens ista Artesiæ appellatio orta, qua Latinè vulgariter vti solent. Tota prouincia, quæ sicut olim ita & hodie Comitatus titulo gaudet, longè lateque patet, siquidem à finibus Cameraci, Picardiæ, Hannoniæ & Flandriæ ad Oceanum vsque protenditur. Galliæ olim regibus paruit: nunc autem, cùm inter Carolum V. Imp. & Franciscum eius nominis primum, Galliæ regem pacis conditiones, anno 1529. acceptæ & confirmatæ essent, sui iuris sunt. Vrbes atque oppida præterea multa habet, quæ sub Catholici regis imperio sunt: Bethunia annonæ frumentariæ horreum, magnæ olim celebritatis Dominatus erat, antequam in Atrebatensium nomen Comitatumq; vnà cùm alijs concederet: peculiari nomine Bethunienſis Aduocatia, ipsiq; principes Aduocati, hoc est, Tutores fiduciarij & patroni Reip, siue ditiunculæ suæ, & veluti clientelæ capita, nominabantur. atque adeo castrum, quod miræ antiquitatis & munitissimum opus etiamnum in vrbe visitur, & à regio Gubernatore insidetur, tanquam stabilem sedem retinuisse videntur, vt hac occasione, adfluente nimirum incolarum multitudine, & ædificijs circa adiectis, vrbs ipsa (quæ anno iam tum 1137. deflagrasse tamẽ proditur) in eam amplitudinẽ excreuisse merito debeat cẽseri. est in hac vrbe sodalitas quã Caritatẽ Eligianam nominãt, quasi fortasse nihil habet vniuersa Europa nec laudabilius nec Reip. salutarius. Græcè nõ malè ἐκφορίαν ab exportãdis cadaueribus, siue funeribus efferẽdis nuncupare possis: quò fit vt nemo ibi cuiuscunq; sit conditionis, supremo funeris ac sepulchri honore careat. autor seu potius suasor huius instituti fertur fuisse B. Eligius, vetus ille Flandrorum Apostolus. & annis iam ab hinc propè quadringentis vsu & quotidiana periclitatione est compertum, nihil vnquam contagionis ex adfectis corporibus contraxisse eos qui tam pium Christianæ caritatis munus exercent. Hesdinum nobile Gallo obiectum vallum ac propugnaculum, prostrato à Cæsareanis eiusdem nominis oppido, occasione belli inter potentissimos Europæos principes excitatur. dum enim Franciæ Rex Franciscus, mortuo Sfortia Insubrum siue Mediolanensium duce, vt statum illum occuparet, Allobroges vicinos & Taurinos armorum strepitu inuaderet, & nulla in Italia oppida & caperet & sollicitè muniret, Imp. Carolus post varias expeditiones & grauissima bella contra Gallum gesta, & expugnata Terrouana, ad Hesdinum castra mouet, quod primo incursu est expugnatum. deleta etiam, & à fundamentis diruta munitissima in eo arce, ad Cancem amnem, amœniore & aptiore loco nouam, sed cognominem, priore longè firmiorem stationem, ad perpetuam rei memoriam condunt ac instaurant: quare nunc foueis, ea & latitudine & altitũdine, muris etiam tam validis Hesdinum cingitur, & propugnaculis sibi mutuo correspondentibus firmatur, quæ falcones, pluteos, colubros, fulmen & grandinem plubeam minantes sustineat, vt oppidanis timendum non sit, quod quamdiu commeatus mutuo animorum consensu & concordia conditus ipsis erit, facile in hostium sint potestatem venturi. quam ipsis confidentiam, præter munitiones arte factas, naturalis etiam loci situs fouere potest. Præter vrbes & oppida quæ præterea habet Artesia, ingens etiam est pagorum ac villarum numerus. Cœnobijs quoque multis referta est; inter quas Abbatiæ numerantur viginti octo, earumq; præcipuæ sunt S. Ve

dasti,


ARTESIA
cuius incolæ Atrebates olim dicti, gens bellicosa, huius metropolis Atrebatum, stat. 3 trias hinc Atrocas, 4 leis, denique Arisga, nou uoicdicta. Regio prouincia.
Bolonu-
nsis
comi-
tatus
pars
Britannici
Maris
pars
OCCIDENS
ORIEN
Flan
dria
pars
Comte
S Paul
Hesdin
bailli
ge
ARTESIA
Ponthieu
Artesiæ amplissimi Comitatus, filiæ olim Reginæ, tam vero Atrebatum Regis exhortis insignia
comte
Vime-
ux
Chastrau
comte
MERIDIES

dasti. S.Bertini, S.Saluatoris, Sanctique Eligij mons. Terra porro ipsa ferax admodum est, imprimis tamen frumenti; ita vt multi arbitrentur inde antiquum illud Gallicum nomen ei inditum esse, vt Atrech vocetur, quod panis terram significat. huic etiam Græcum illud ἀρτῶ arridere videtur, quod panis Latinè dicitur nequaquam igitur ab Arto rege seu duce nomen eam accepisse demonstrari potest.

Fluuijs etiam quamplurimis irrigatur. quorum tamen præcipui sunt Lysa, Scarpa, Aa, Cachia atque Authia, alijque plures ac nauigabiles omnes. Syluis non omnino destituitur, præcipuè Meridiem & Occidentem versus.

ANGLIA.

ANglia insularum quæ ad Europam spectant, omnium maxima, diuersis temporibus diuersa nomina sortita est. Anglia autem vox Cimbrica seu Saxonica est, & hamum significat quo piscatores vtuntur, ait Becanus in Saxonicis lib. 6. Olim etiam Albion ab albis rupibus, qui ad eam nauigantibus primum apparent, dicta est. Britannia etiam vocabatur, cuius nominis origo iam dubia. Sunt qui à Bruto duce Troiano (quem ex Aquitania huc traiecisse ferunt) sic dictam velint: Beda tamen natione Anglus, à Galliæ populis Britannos appellatos tradit. Angliam vocatam aiunt ab Angela Saxonum regina, quæ expulsis gigantibus qui tum eam incolebant, inter suos insulam partiens ac distribuens, vt victoriæ, gentisq; memoria nunquam intercideret, Angliam à se denominari voluit. Paulò aliter refert Volaterranus, qui non à Regina Saxonum, sed ab Angilis eiusdem Saxoniæ illustri populo appellatam dicit: quos, cum à Pictis Scotisq; molestarentur Britanni, in auxilium vocarunt, atq; hac tandem terræ bonitate, simul & amœnitate inuitati, eos circumuenerunt, ac Insulanorum bona inter se partiti sunt. Hos tamen Angilos Sueuos non Saxones fuisse author est Ptolomæus, qui in media V Vestphalia ad Amasij fluuij fontes habitarunt. Secus paulò Ioannes Maior narrat in Historia rerum Scoticarum, ait enim Vortigerum regem Britannorum, in subsidium contra Pictos aliosq; hostes accersiuisse Engistum quendam Saxonum ducem, qui fusis pulsisq; hostibus, ipse tandem in regni desiderium inciderit, à seque occupatum & captum Engistsandt vocari voluerit, atque hinc vnius vel alterius literæ Metamorphosi, vt sæpe fit, Engellandt dici arbitratur. Nec desunt qui credant sic dictam Angliam, quasi Anguli terram, vel nostri orbis angulum. Thomas Seckfordt libellorum supplicum magister apud Sereniss. Ang. Reg. in mappa ista vniuersali totius Anglię, quam anno 1584. Londini edi curauit, refert ab Anglone quodã Saxonum duce, qui istum Germaniæ populum eò introduxerit, Anglos & Angliam appellatam esse. Chalcedonia etiam quibusdam ab ingenti in ea eiusdem nominis sylua vocatur. Tota itaque hæc insula, natura triquetra, Siciliæque similima, teste Cęsare, hodie in duo diuiditur regna, Angliæ & Scotiæ. Angliæ regnum vocatur pars Insulæ Meridionalis, Galliæ proxima. Terra est eximiè fertilis, ac metallis diues: habet etiam aurum & argentum, argentum viuum, cuprum, stannum, plumbum, ferri autem exiguam copiam: nec caret salis fodinis. quin & margaritas terra producit, & miræ naturæ Gagatem lapidem, in aqua ardentem, oleo autem extinguibilem, lapis nigro gemmeus, nullius ferè ponderis, attritu calefactus applicata detinet vt succinum. Pecoribus alendis non alia aptior terra, lanarũ ibi diues mercatura, regioq; nobili panno celeberrima, qui inde in longinquas exportatur regiones. Lupos non fert vllo modo, nec vllum venenosum animal, aut rapax, præter vulpem, gignit. Terræmotus in ea rari, quemadmodam & fulmina. Diuisum est autem Angliæ regnum in triginta circiter Comitatus: villæ & vici in ea plurimi sunt, vrbesque permultæ: Archiepiscopales ex ijs sunt duæ, Eboracum & Cantuaria. Scholæ seu Vniuersitates duæ, Oxonium & Cantabrigia. Londinum totius regni metropolis, Trinouãtum olim, & Troia noua dicta, ad Tamesin fluuium magnis nauibus peruiũ, celeberrimum ditissimumq; emporium, simul & sedes regia. Eiusdem regni fluuij nauigabiles, æstu marino affluentes & refluentes, sunt Seuerinus, qui per V Valliam labens, in Verginium Oceanum effunditur, & Humbria, qui Eboracum præterlapsus Oceano Germanico excipitur. Incolæ re-


IRLA
NDT
Angliae regni florentissimi nova descriptio, autore Humfredo Lhuyd Denbygniense.
Mare Hibernicum
Septentrio
Occidens
Belanget
Hiberniæ Pars
Oceanus Britannicus
Meridies
Oceanus Germanicus
Orient
Scala miliarium Angliæ

rum nauticarum peritissimi, nullum ferè Orbis angulum inexploratum relinquentes, multa Regnum hoc nobilitate pollet, & quamuis longæua fruatur pace, bellicosissimos tamen ac planè intrepidos producit viros. Legibus vtuntur Angli municipalibus, cùm Scoti ciuilibus vtantur. eadem vtrique genti in bello ferocia. sagittis Angli, hasta longa Scoti in acie præualent. Rara inter eos pax, dum illi propagare, hi retinere imperium studeant. Anglica lingua mixta est ex multis, linguis præsertim Germanica & Gallica, quamuis olim merè Germanicam fuisse creditur.


SCOTIA.

SCotiæ regnum Albionis pars Septentrionalis vocatur: terra perpinguis & sulphurea, atque ob id combustilis, ac lingnorum penuriam subleuans: vnde mos inoleuit, vt mendicantes circa ædes sacras, lapides accipiant in eleemosynam, struendo foco aptos. Loca nonnulla habet in quibus triticum non crescit, massam tamen ex auenæ farina subigunt. Rei pecuariæ perinde vt Angli, maximè dediti, vnde lanificijs ditantur plurimum. Asperior est, minusq; quàm Anglia culta. montes etiam hinc inde habet, verùm pabulum ferentes præstantissimum. Fertur in regiuncula quadam Scotiæ, quæ Cloid fluuio alluitur, Argadia ei nomen est, lapidem nasci, qui paulò diutius stuppæ subiectus incendium faciat. Regia eius est Edinburgum, A lata castra vocant: prope hanc portus celebris est, Lethe dictus. Archiepiscopales, & gymnasijs celebres ciuitates sunt, S. Andreæ, Glasque, Arberdoræ, quæ mercatu etiam ob portus commoditatem, felix est. Habet & alia emporia, vt sunt Dunæ, Monros & S. Ianis. Circa Aberdorum montes sunt asperrimi, & equitatu inaccessi. ac iuxta montes sylua, quæ æstimatur Chalcedonia antiquorum esse Scotos à pictura corporis appellatos esse volunt. σκότος enim Græcè tenebras sonat, vel σκοτία. id est furia, tenebræ. Vetus enim mos illis erat, pectus, brachia & manus encausto figurare euntibus ad bellum (quod tamen hodie non seruatur) vtebantur autem Glasto, herba plantagini simili, quæ (vt Cæsar ait) cæruleum efficit colorem, vt horridiores hosti se ingererent in prælio, vnde Martialis cæruleos Britannos dixit,

Claudia crudelis cùm sit Ruffina Britannis,
Edita

Mores Scotorum Anglorumq; parum differunt. idem ferè habitus, lingua penè eadem, subita ingenia, & in vltionem prona ferociaq;, in bello insignes, mitiores tamen aliquantò Angli. quamuis enim ferum & inhospitale vulgus ignobile sit, ciuilior tamen est nobilitas, hospites amicè salutant, magisq; obuij ad humanitatis officia sunt. In bello nec agri nec vrbes violantur, sed dimicatur ad internecionem alterius partis vsq;. Rigidiores Anglis aliquantò sunt Scoti, inuidi natura, & reliquorum, maximè aduenarum, contemptores, iactabundi, nobilitatemq; suum insolenter ostentantes, ita vt in summa mendicitate audeant referre genus suum ad stirpem regiam. Scotiæ pars Australissima est sub Parallello 19. dies autem maxima horarum 18. Borealissima subest 21. Parallello, & est dies horarum 19. Terminatur autem ad Ortum quidem Oceano Germanico, ad Syrachum Tueda fluuio, ad Austrum Saluvva fluuio, ad Lebecium & Zephyros mari Hybernico, ad Trasciam & Septētriones Oceano Deucalidonio. Verùm & illud hîc obiter memorandum duximus, quod de mari Scotico scribunt Boëthus & Iouius, gignere nimirum anseres quos Clakis nominant, è lignis in ipso putrescentibus. Primum nascuntur (inquiunt) vermiculi tanquã teredones, qui interiora ligni excauantes, paulatim enatis capite, pedibus atq; alis, tandem plumas edunt, & cùm ad domesticorum anserum iustam ipsis magnitudinem excreuerint, cœlum petunt, reliquarum auium more. Nascuntur & in testis veluti cõcharum, quæ complexu ramorum, & caulis in alga marina concepto, intus huiusmodi auem fouent, ac tandem produnt. Atq; hæc de qualitate regni. Si quantitatem requiras, habere videtur Anglia in longum milliaria Germanica 82. Anglia 293. in latum Germanica 89. Anglica 320. Scotia autem in longitudinem extenditur milliariorum Germanicorum 67. Anglicorum 257. In latitudinem autem Germanorum 52. Anglicorum 190. ita vt tota insula in longum extendatur milliaribus Germanicis 149. Anglicis 550. at vbi latitudinem habet Germanicorum 89. aut Anglicorum 320. latissimam namq; esse compertum est.


Hebrid. Pars
Occidens
Dumbrit. Fretum
Caledonius Oceanus
Scythicum Mare
Angliæ Pars
Northumberland
Bernard castel
Eboracum Tynmouth
Maris
Germani ci pars
Oriens
Scotiæ Tabula



HISPANIA.

REgnum hoc magnificentissimum vndiq; alluitur mari, excepta ea parte qua Galliam contingit, ibi altissimis montibus quos Pyreneos vocant, separatur à Gallia. Appellantur autem montes illi Pyrenei à crebris fulminum ignibus, vel quòd syluæ in Pyreneo frequentes & habitationes iniecto à pastoribus igne prisci temporis flagrauerunt. durante aũt incendio aliquot diebus, ex montium concoctione cœperunt descendere stillicidia argẽti liquefacti. & cùm habitatores illorum locorũ vsum argenti non haberent, contemnerentq; metallũ illud, superuenientes mercatores è Phœnicia, emerunt vilibus mercibus magnam vim argenti. Diuisa fuit olim Hispania in tres prouincias, Beticam quæ hodie est Granata, Lusitaniã quam nunc Portugalliã vocant, & Tarraconẽ quæ hodie cõtinet Cataloniam, Castiliam, Nauarrã & Galliciam. Fuitq; (si Iosepho & Berosо credimus) Tubal Noë nepos primus Rex Beticæ, extruxitq; in ea regione ciuitatẽ quam à se denominauit Tubal. Hic operã dedit rei pecuariæ, sicut omnes primi patres pecoribus alendis studuerunt, quæ & victum & amictũ homini ministrant. Hinc quoq; putant maiorem Hispaniæ partẽ appellatam Tarraconem, quę cùm Hebraica vox sit, Latine boum possessionem significat. Successit Tubalo in imperio Iberus, à quo fluuius quidam Iber est appellatus, & adiacens regio Celtiberia. Betus à quo Betica. Hispanus seu vt aliqui malunt, Hispalus à quo tota terra postea denominata est Hispania. Hesperus à quo eadẽ terra Hesperia dicta. Lusus à quo Lusitania. Posteaquã verò Romani sibi subiugassent Hispaniam, diuisa est in duas prouincias, Beticam & Tarraconensem, durauitq; partitio illa vsq; ad tempora Attilę, tunc rursum alia administratione Hispania est gubernata. Nouissimè sub Saracenis discriminata est in quinque regna, Galliciam, Nauarram, Castiliam siue Legionem, Cataloniam cui & Arragonia annexa est, Portugalliam & Granatam. porrò Gallicia non diu proprium & distinctum mansit regnum, sed amisso legitimo hærede, incorporata est Tarraconensi. Alij adhuc plura numerant regna, Valentiæ, Toleti, Algarbiorum, Murtiæ & Cordubæ. nostro tempore omnia hæc regna in vnum contracta sunt, præter Portugalliam quæ proprium habet regem. Habet Hispania septem Archiepiscopatus, quorum sedes sunt in Tarracone, Cæsarauguſta, Toleto, Compostella, Brachara, Vlixbona & Granata. alij nouem ponunt, sub illis sunt autem plurimæ episcopales ciuitates. Modico interuallo distant Granata & Mauritania. namque ibi ingreditur Oceanus per magnas angustias in mare Mediterraneum, vbi & duo mõtes eriguntur in cœlum, vnus in Mauritania qui Abila vocatur, & alius in Hispania cui nomen est Calpe, & hi à quibusdam vocantur columnę Herculis, putantq; olim vnum fuisse montem seu saxum perpetuo iugo cõiunctum, quod Hercules suo robore perfregerit, intromiseritque Oceanum in ipsam terram. alij insulam Gades asserunt fuisse Herculis columnas. tertij in Gadibus fuisse templum Herculis, in quo positæ fuerint duæ æneæ columnæ altitudine octo cubitorum in quibus signatus fuit sumptus pro ædificio illius templi factus: & nautæ ibi Herculi sua soluerunt vota. fuitq; locus ille secundum veterũ opinionem finis Mundi, nec ausi fuerunt Hercules aut alij longius naues ducere in Oceanum citra vitæ periculum. Est autem Gades insula parua, habetq; tam pinguia pascua, vt nullum serum à lacte segregent, sed cogantur affundere aquam, cùm lac in caseum coagulare volunt. Multis quidem in locis Hispania inculta iacet, idq; ob saxeum fundum, vel ob solitudines squalẽtes, aut ob alias causas, quamuis multò quàm Africa sit fertilior. Suppeditat tamen Hispania multis in locis abundè ea quibus homo opus habet vt sunt frumentum, vinum, fructus, oleum, pecora, linum, ferrum

& me-


SOLIS AD OCCASVM REGI SVBIECTA PHILIPPO PARVA TIBI MONSTRAT PVLCHERRIMA REGNA TARRHA
DESCRIPTIO
GALLIAE PARS
Septentrio
Cantabricus Oceanus
Pirenei Montes
Asturias
Galitia
Nauarra
Aragonia
Castilia
Granada
Andaluzia
Meridies
MARE ME DI
Mallorca
Scala Ipsarum
1590
Regni Hispaniae post omnium editiones locupletissima descriptio
Johann Baptist Hoefnagel
Henricus Nagel

& metalla, mel, cæra, piſcoſæ aquæ, & ſimilia. Non coquunt ſalem ſed effodiunt è terra. Non fatigatur terra tot ventis vt Gallia, nec inficitur aër peſtiferis paludibus ac nebulis. Aurum, argentum & ferrum bonum & probabile nullibi in tanta copia vt in Hiſpania eſt inuentum. reperta namq; olim in Hiſpania ſunt fragmenta auri depurati magnitudine dimidiæ libræ. Eſt & ſemper Hiſpania equorum pernicitate commendata, quos leuis armature equites tibijs contractis pulchrè obequitant. Nomen magnum ab aliquot annis bellica fortitudine Hiſpani ſunt adepti plurimis ab hoſte partis victorijs, vt qui laborum, ſitis & famis in acie ſunt tolerantiſſimi, & in ſtratagematibus cautiſſimi, leui corpore, vt facilè hoſtem fugiant & ſequantur. Oceani nauigationibus ad incompertas regiones toto orbe ſunt clariſſimi. Habentur etiam Hiſpani in religionis ritibus ſupra mortales omnes ſuperſtitioſi, per regis ſolium & vitam eius gentilicio more iurant, & oſculo manuum in ſalutationibus ſupplicant. Porrò de moribus & ritibus antiquorum Hiſpanorum Strabo & Poſidonius mira ſcribunt.

PORTVGALLIA.

REgnum hoc Lusitania olim appellata fuit, à Luso quodam Sicelæi decimononi Hispaniarum regis filio, isque nominatus sic erat, quòd more Aramæo vbique sacra ludis & saltu ageret. Eius loco nunc Portugalliæ viget vocabulum, à Porto vrbe, aliquando Lauaria, & à priscis Portogallo nuncupata. præter cæteros autores Franciscus Tarapha à Gallis populis appellationem sortitam ait: nam Galli (inquit in Hispaniam nauigantes Portugallo ciuitati Oceanoq; mari, & toti regno nomen dedêre, quasi portus Gallorum. Ostio Durij flu. quem núc Duero incolæ nominant, ea ciuitas propinqua est. Iam verò nec omne id quod olim Lusitania erat, Portugalliæ tribuendum: neque etiam omne id quod Portugallia nunc sibi vendicat, olim Lusitania fuit. Cùm autem in vniuersa Hispania regna numerentur circiter quatuordecim: duo tamen ex his principatum tenent, reliquis sub se comprehensis, quorum alterum generali Hispaniæ seu Castiliæ vocabulo denotatur, alterum verò sub Lusitaniæ seu Portugalliæ vocabulo. Cœpisse autem regnum hoc dicitur circa annum Christi 1110. idq; ea occasione: Henricus Lotharingiæ Comes è Gallia veniens, magnas aduersus Saracenos res gessit, pro quibus meritis Alphonsus VI. Castellæ Rex filiam notham Tiresiam nomine ei locauit, Galleciæ partem, quæ in Lusitaniæ regno continetur, pro dote assignans. Ex eo postea matrimonio natus Alphonsus, qui primus Lusitanię Rex est appellatus, primus item qui Vlyssiponam à Saracenis recepit, quorum quinque simul regibus vno prælio superatis, quinque scutorum insigne facinoris monumentum posteris reliquit. Populi antiquitus eam coluêre Oretani, ad Anam flu. considêtes. Orientaliora verò loca Carpetanorum, Vacceorum, Vetionumq; pars tenuêre: oram verò quæ Durij fluuij ripis contigua est Lubeni Narbasijq; habitarunt. Chalybis autem flu. tractum Geltiti Gallorum populi occupauêre, vbi & pleraque alia Hispaniæ loca. tandem etiam Gothi ac Saraceni eo irrepsere. Terræ haud multum Regnum hoc complectitur, & cum reliqua Hispania haud quaquam comparandum, Galliaque multò angustius. Regni metropolis est Vlyssipona, vrbs ampla & insignis, loco amœnissimo sita, diu tijsque supra modum affluens, mercium quippe, quarum per vniuersum id regnum negotiatio est luculentissima, existens emporium, vndequaq; aduentan ium nauium commodissimum ac fama celebre receptaculum. Regis insuper aula sedeq; fortunatum cæterarum prouinciarum caput, Romanis aliquando Iuliam felicem appellatam credunt nónulli. vna est ex tribus eius regni Archiepiscopalibus, earú verò Braga prima tũ sibi vdicat, cuius Præsul metropolitanus vniuersæ Hispaniæ salutari cõtra Toletensem cõtendit iure. Tertia verò eadẽ dignitate gaudens est Funchala. Vetustos populi ritus eiusmodi tradũt scriptores Cosmographi: Sunt Lusitani Hispanorum fortissimi, serutatores, insidiosi, veloces, agiles atque versatiles. iaculum longè iaciunt, & summa arte, in acie diutius perseuerant, mobili corpore leuiq;, vt facilè & fugiant hostem & insequantur. Omnes montium habitatores victu simplici vtuntur, aquarum potores, humi cubitores, montani homines duabus anni partibus querna vescuntur glande, quam cùm siccauerint, frangunt, molunt, panes conficiunt, & ad tempus reponũt. Hordeaceo vtuntur vino, nam vitis inopia laborant. Omnes ferè pullis amicti vestibus & sagis, in quibus inuoluti per stramenta cubant. Nummorum loco graui admodum sarcinarum permutatione vtuntur, vel extensi argenti laminæ frustum abscissum exhibent. Destinatos neci lapidibus obruunt, parricidas extra montium confinia vel vltra flumina reiectos, saxis opprimunt. Aegrotos vetusto Aegyptiorum ritu in plateis dẽponunt, vt qui eo morbi genere tentati sunt, commonefacere eos valeãt.


Portugalliæ quæ olim Lusitania,
nouissima et exactissima descrip-
tio Auctore Fernando Aluaro Seco,
Iohanne Isacksz Gerebor excudit Col.
1500
Oceanus
Occi-
dens
Occidēs
dentalis
Bereleyga
Reinodo
Algarue
Antretieo e
Guadriana
POR
TVG
ALLIÆ
DES
CRIPT
IO
REGNI
CASTELLAE
PARS
LEGIO
NIS PA
RS
Hispanicus

Amnibus paruis & magnis irrigua est regio, qui omnes Tago ab ortu pariter disiuncti sunt, & maiori ex parte nauigabiles, atque auri grumulis abūdantes. vicina verò Tago cæterorum opulentissima sunt oppida. Ager plerisque in locis argillosus, ac ob id minus fructibus fœcundus. Coimbriæ autem territorium totius Portugalliæ censetur optimum. Cum autem vitium penuria id regnum laborare dicatur, cōmendantur tamen apud exteros Algarbiorum vina. Circumcirca tamen agrum Tagus habet bonitate conspicuum, aduersis etiam aquis nauigationes habens admodum faciles, etiam grandioribus magnum ad spacium nauibus: reliquum verò ad cursum fluuiaticis vtuntur lembis, amnis piscium feracissimus est, estreorumq; redundans. Hūc sequuntur Muliadas flu. quem deinceps Mundam, hodie Mondegam appellatum videmus. Durius longo fluens cursu penes Numantiam, magnisq; nauigijs permeabilis ad stadia ferè octoginta. Cauado hodie Moriloque dictus, quem Nibin antiquiorum esse, suspicari licet, & cui ab obliuione Lethes nomen inditum est. Minius omnes Lusitaniæ flu. magnitudine superans, ad stadia 800. nauigabilis. Montes Lusitania paucos habet, eosq; haud magnos, lucubus plerosque nemoribusq; consitos. Mineræ in hoc regno ab authoribus nullæ traduntur. Salem tamen fossilem illis aut esse, aut fuisse olim, ex Strabone liquet. Cumq; fontium perennium in hoc regno numerentur vltra 25000. thermas tamen nullas ab vllis vsquam authoribus prædicatas reperimus.

FRANCIA.

LOngè ante Christi tempora, & priusquam Romani Galliam suo dominio subegissent, præfuerunt Galliæ multi priuati, reges & principes, & qui non magni fuerunt nominis, quales fuerunt Lugdus, Allobrox, Belgius, Trebeta & alij plurimi, vnde priuatæ regiones suas mutuarunt denominationes. fuitq; tunc & aliquot annis post Christum natum ea regio Gallia, & non Francia nuncupata. Assecuti sunt autem Romani dominiũ in ea ferè centum annis ante Christi natiuitatem, retinueruntq; illud propè quingentis annis. Interea autem temporis dum Sicambri, qui postea Franci dicti sunt, quiq; ostia Rheni & circumiacentem agrum possidebant. indies crescerent & roborarentur viribus, cœperunt excurrere in finitimam Galliæ regionem, occupare arces & oppida, atq; exturbare Romanos, vt etiam anno Christi 420. Pharamundus XXIIII. Francorum Rex, primus fuerit in Gallia Frãcigenarum rex, atq; sub eius filio Clodio, atq; nepote Meroueo Sicambri ferè totam adepti fuerint Galliam, relictisq; priorib. mansionibus, quas circiter 870. annis tenuerant, migrauerũt in Galliã, potiti eius dominio. Didicerunt quoq; Gallorum linguam, quam Romani introduxerant, & conformes se fecerunt moribus eorum, sicut & alij Franci qui à fratribus suis secedentes, & pagum Mœni, vbi Herbipolis est hodie, occupantes, didicerunt Germanorum linguam & mores. Pharamundus verò (Warmundt Germanicè) vnanimiter à suis electus in Regem, transtulit sedem suam à Francia Orientali in Fr. Occidentalem, posuitq; legem quam Salicam vocant, ne regni successio in colum transferatur, hoc est ne mulieres regni hæredes fieri permittantur. hunc secuti sunt reliqui reges in hodiernum vsq; diem. Porrò quod ad nobilitatem siue equestrem ordinem in Francia, is maximis hodie fruitur commoditatibus ac priuilegijs, eoq; fit vt magno quodam affectu Regem complectantur, & vitam quoq; pro ipsius ac patriæ salute profundant. neq; enim vllum pendunt tributum, & armatis licet ipsis esse quocunq; loco, multaq; habent vitæ præsidia, sic vt non sit opus illiberalem aut quæstuariam aliquam artem exercere. Quod ad fertilitatem regionis huius, ab antiquis temporib. semper culta, tam in vrbibus & oppidis quàm agris, hortis & pratis: nullusq; à tempore Christi in tota Gallia angulus incultus fuit, præter lacus & nemora quæ culturam non admittunt. præcipuè autem loca Mediterraneo mari propinqua miræ sunt fertilitais, vt etiã ibi cupressi & rosmarina passim per campos crescant sua sponte, sine omni humana solicitudine, haud secus quàm in hisce partibus crescunt iuniperi. Mala punica, granata & citrones nullibi frequentiora sunt quàm in Prouincia. Deinde quàm nobile in illis partibus crescat vinum, imò per totam Galliam, quæ tot irrigatur & fœcundatur amnibus, dici non potest. quàm ferax sit ager Parisianus, poteris hinc colligere, cùm vice quadam rex Ludouicus XI. scire vellet quot armatos viros Lutetia producere posset in agrum, numerati sunt septuaginta millia virorum procedentium ad militiam; vbi igitur multus est populus, necesse est vt fœcundum habeant agrum vnde eis sufficiens suppetat victus. Cùm permultas easq; amplissimas habeat vrbes Francia, omnium tamen maxima est Lutetia Parisiorum, cuius encomium elegantissimo carmine descripsit Eustathius Knobelsdorpius Prutenus, quod hîc subijcere prolixum nimis foret. Architremius tamen poëta luculenter his panegyricis versibus de ea sic scribit:

Exoritur tandem locus altera regia Phœbi
Parrhisius, Cyrræa viris, Chrysæa metallis:
Græca libris, Inda studijs, Romana poëtis,


FRANCIAE
accurata descriptio.
FRANCKREICH
mit seinen grentzen.
1589
SEPTENTRIO
OCEANVS
OCCIDENS
ORIENS
MERIDIES
Britannicus
Lutzenburg
Picardia
Champagne
Beaulse
Normandia
Bretagne
Poictou
Limosin
Guienne
Quercy
Dauphy
Burgundia
Lyonois
Auvergne
Languedoc
Provence

Attica philosophis, mundi rosa, balsamus orbis,
Sidonis ornatu, sua mensis & sua potu
Dives agris, fœcunda mero, mansueta colonis
Messe ferax, mopertarubis, nemerosa racemis,
Plena feris, fortis domino, pia regibus, aura
Dulcis, amœna situ, bona quælibet, omne venustum
Omne bonum, si sola bonis fortuna faueret.

De Normandia quoq; scribitur, quòd præter metropolitanam & alias sex præcipuas ciuitates, habeat 94. minora oppida, vicos quoque & castella sine numero. Habet rex Galliæ Rothomagi in metropolitana Normãdiæ ciuitate senatum doctissimum, prudentissimosque viros, qui toti prouinciæ ius dicunt. Sunt etiam in ea vrbe potentes mercatores, ob quorum traiectiones & mercaturas, nomen vrbis longè lateque apud multas gentes est cognitum. Habet autem hæc regio copiam piscium & pecorum atque frumenti; sed & pomiferarum arborum tanta est in ea multitudo, vt ex pomis potum faciant, aut pro magna parte in alias deferant terras. In summa, abundant omnibus rebus ad vitam humanam necessarijs, præter vinum quod ibi non crescit.

LEODIENSIS EPISCOPATVS.

EPiscopatus hic amplissimus populos sub se complectitur Cęsari veteribusque notos ac celebratos Eburones, quorum vestigium retinet Ebura oppidulũ, milliario vno ab Leodio dissitum. Tungros qui se Germanos primi dixére, à Leodio & Traiecto ad Mosam æquis interstitijs trium milliariorum Teckræ fluu. sinistræ ripæ insistens oppidum. Centrones eo loco habitasse contendunt multi, vbi hodie non nihil mutata voce Saint Truden esse putant: oppidum autem istud non à Sancta Gertrude, vt multi opinantur, sed à Sancto quodam Trudone, sepulto in Abbatia ista Benedictini ordinis, vnde & oppidum postea nomen suum adeptum est, à Leodio sex, à Tungris tribus distans miliaribus. Ceresinos autem, quorum meminit Cęsar, apud Gerei castrum habitasse, id à Leodio 3 abest miliaribus. Continet verò Leodiensis Episcopatus territorium, Ducatum Bouillonensem: Marchionatũ item Franci Montensem, Comitatũ Borchlonensem seu Lootensem, & Comitatũ Hasbaniæ, cuius ciuitas præcipua est Borchvvorm. Baronatus verò plures complectitur: Abbatias opulentissimas vltra quinquaginta: oppida aũt ciuitatesq; muris vallisq; munitas, præter eas quæ Traiectẽsis sunt diœcesios, 24. Earũ prima & maxima est Leodium, eademq; metropolitana, mirum in modũ inter montes celsissimos in amœnissima quadã valle extructa, Mosa flu. perluitur, is duobus ramis vrbẽ ingressus in compluscolas insulas elegantissimas eam dispescit. abundat insuper vrbs ipsa fontium perenniũ perpetua scaturigine, cõplures enim domos inuenias tribus aquarum viuentium fontibus ornatas. ciuitas est amplissima, vtpote quę suo complexu contineat montes altissimos, torrentes compluscolos, vineta haud pauca. ædificijs constat lapideis pulcherrimis, palatium habet episcopale magnificentissimum, collegia, monasteria & xenodochia permulta, templa tũ in vrbe, tum in suburbijs vltra centum. populus in ea frequentissimus, incolæ industrij. & ad quæuis idonei, lingua vtuntur Gallica, eaque admodum corrupta, quòd inter vtramque Germaniam Galliamq; siti, ab vtrisq; nonnihil mutuẽtur. Omnis ferè præterea Leodiensis vrbis vicinia vinum profert, quanquam admodum tenue & ignobile. carnis, piscium, ferinarum venationis ingens copia est. vix tandem possibile æstimant regionem quampiam reperiri pulchriorem, magisue fertilem aut feliciorem hac ipsa, siue aérem spectes, siue limpidissimos fluuios vndique agros irrigantes, seu syluas opacas, montes vallesq;, vineta & fructus per omnem vicinum agrum prouenientes. Reliquæ vrbes sunt Bouillon, Ducatus titulo insignis; Borchloon Comitatus dignitate pollens, quẽadmodum & Borchvvoorm. Tungri ciuitas olim maxima ac metropolitana, Episcopali dignitate clara anno sal. 101. is Episcopatus postmodum anno 138. Traiectum, tandem anno 713. Leodium translatus est. Tungrorum aũt ciuitas nobilissima ab Attila Hunnorum rege funditus euersa destructaque fuit, præter cætera insignia magnificaque ædificia, vltra 100. templorum ruinas videre erat, vnde eius amplitudo facile colligitur. postmodum tempore Caroli Calui Imp. denuo à Nordmannis excisa fuit, vt hodie tantum imbecille & exiguum sit oppidulum. Haud secus Hoi ciuitas olim famosa, ampla potensque propter crebras euersiones à barbaris nationibus perpessas, vix quicquam retinuit: quin & ipsum nomen mutauit, hac enim ætate Hoy à torrente quodam impetuoso ibidem in Mosam influente dici cœpit, cùm ante Benefacta appellaretur. Fluminibus amnibusq; limpidissimis regio vndique rigatur, quorum maxima pars Mosæ miscentur. Syluis affatim plena, Arduennæ portiones sunt.



Sanctus Hubertus filius Ducis Galliæ Aquitaniæ, Episcopus trigesimus transtulit Traiecti sedem, Episcopalem Leodium anno Christi 715. ac ibidem ergit ædes sacras in honorem sanctorum Lamberti et Petri. fuitque primus Episcopus Leodiensis. Obijt anno Dñi 727 ac requieuit in templo Diui Lamberti. Tempore Alberti Cuyckhensis qui fuit 64 Episc: Leod: anno Dñi 1199 inuenti fuerunt Leodij carbones fossiles, german: Steinkolen. Incolarum vero lingua Vleyger. Spay fontem habet percelebrem, ferruginei saporis, ad varia morborum genera sananda efficacem cuius etiam Plinij meminit Libro 31. Estque Regio hæc fertilis, exhibens agros, vineta, montes, fontes, syluas, valles, fodinas carbonarias ac metallicas, ingenia excellentissima.

Montibus hinc inde tumulatur, vnde minerarum fodinas cernere est, nam præter ferri fodinas, quæ iuxta Hoy ac Dinantum oppida exercent, vbi alabastri, marmorisque variegati ac diuersi coloris ingens copia eruitur, plumbi quoque auriq; non nihil reperitur Ipseque Leodiensis ager foueis cuniculis in imum actis, ad miraculũ profundis, assiduè fatigatur, vnde & ferri & carbonum quos lithanthraces vocant, vernacula lingua Steenkolen, ingens eruitur copia. Thermis insuper aquarum calidarum haud minus regio hæc à natura donata est: Tungrensium thermarum meminit Plinius lib 31. Nat. hist. his verbis: Tungri ciuitas Galliæ fontem habet insignem, plurimis bullis stillantem ferruginei saporis. quod ipsum nisi in fine potus intelligitur, purgat hic corpora, tertianas febres discutit, calculorumque vitia, eadem aqua igni admota turbida fit, ad postremum rubescit. Hæc Plinius. Verùm is fons non ipsa Tungrorum vrbe, sed octo milliaribus ab ea distante loco visitur, à Leodio quinque, à Limburgo duobus cum dimidio, haud procul à Spay oppidulo, eum fontem acidum, lingua aut vernacula Saurenborn vocant accolæ. Salis etiam nitri vix vsquam plus fuit, quàm in hoc Leodiensi agro.

LOTHARINGIA.

LOtharingia antea cum reliquis quibusdam regionibus Austrasia dicta, sortita est hoc nomen à Lothario nepote Caroli Magni, incorporataq; Romano Imperio sub Ottone I. A Carolo enim Magno vsque in generationem quintam posteri eius simul gubernarunt Franciam & Germaniam, aliquando per distinctas personas sed sanguine iunctas, aliquando etiam per vnam personã. Extincta autem in quinta generatione tota posteritate saltem virili Caroli Magni, proprium sibi elegerunt Regem, Germanis relicto imperio, quod prius & Gallis & Germanis commune fuit. In illa autem Imperij scissione Otto dux Saxoniæ factus est Romanorum Imperator qui Lotharingiam & Burgundiam reduxit ad Imperium. Lotharingia etiam olim & Brabantia vnitæ fuêre sub Principe Austrasiæ, manserũtq; sic coniunctæ vsque ad tempora nepotum Caroli Magni, tunc enim disiunctæ sunt, cessitque Lotharingia Lothario, & Brabantia fratri suo Carolo, anno scilicet Christi 956 aut circiter. Latius autem olim Lotharingiæ nomen extendebatur, comprehendebat enim ferè omnem terram quæ Rheno, Scaldi & Vosago monte continetur, diuidebaturq; in superiorem & inferiorem Lotharingiam, comprehendebatq; inferior Brabantiam, Hasbaniam, Geldriam & Cliuiam, superior autem Episcopatum Leodiensem, Lucenburgum ac Limburgum, ducatum præterea Mosellanum, Palatinatum Surensem, tractum Obrincanum, atque hodiernum ducatum Lotharingensem cuius subiecta tabula typum exhibet. Regio interim hæc pecorum est ditissima, frumenti quoque ac vini feracissima, nec destituitur piscinis, syluis, thermis, sale, ferro plumbo, stanno, argento, gemmis, speculis ac Chalcedonio. Fluuijs irrigatur permultis, horum quatuor præcipui sunt: Mosa in Elsatiæ monte Vosago oriens, à quo potior Lotharingia pars Vosagia dicitur, fines perfluit Nouicastri (vrbs autem ea & propter loci amœnitatem, & propter aëris salubritatem commendatur valde) Lotharingiam à ducatu Barrensi distinguens. Mosella inter Ortum & Meridiem haud procul à Romerico monte oritur, decoratus est autem locus ille cœnobio nobilium virginum, reditus vberrimos quotannis habente. distantq; circiter sex ab eo miliaribus thermæ, ad quas varijs morbis afflicti homines se conferunt. celeri inde cursu Spinalium, Chermas, Leucam & Mediomatrices perfluit, inde Treuires, ac tandem Confluentiæ Rheno miscetur. Murtha flu. in valle erumpit Deodatensi, in qua & diui Goderberti fons est, qui ad multiplices sanandas morbos diuina gratia efficax esse perhibetur. hinc ipsam vrbem Deodatensem perfluit, ac deinceps munitissimas illas & ad omnem belli euentum instructissimas vrbes Rauonum ac Luneuillam. inde S. Nicolai pagum petit, ac porro totius Ducatus metropolim Nanceium vrbem, insigem quidem ac celebrem, vallis quoque & aggeribus firmatissimam, duplici namque eaque prælta & fossa & muro circumdata est, tandem Moselle miscetur. Quartus est Sar fluuius ex Oriente per Austrasiam Mosellæ influens. Quamuis autem rebus permultis affluat Lotharingiæ ducatus, ex ijs tamen quibus maximè commendatur præcipua hæc sunt. Principio quidem montes habent, omnis metallorum generis abundantia Pyrenæos montes longè superantes: maximè autem argenti fodinæ supra quàm dici possit fœcundæ sunt, ex qua quidem argenti vbertate haud paruus ducatui fructus accedit. Neque salis fodinæ desunt, qui & suauissimus & Scythica niue candidior ibidem conficitur, atque hæ fodinæ demtis omnibus impensis supra centum millia Francorum (vt vocant) Principi suo importantur. Reperitur & materia quædam in eo, ex qua specula & pocula vitrea conficiuntur, neq; vsquam regionum


DESCRIPTION DE LA HAVLTE ET SVPERIEVRE LORRAINE
LOTHARINGIA DVCATVS SVPERIORIS VERA DELINEATIO
Colonia Agrippina recudit Johannes Bussemacher
BASSIGNY
COMTE DE BLIGNY
BAR
LA HEIZ
VOIURE
MAROISAT
PON
DVCHE DE LORRAINE
HAVLTE
SVPERIEVRE
Comte de vaudemont
Veldrich Vstingen
Mons Vosgus
Lacunte de Salra

in tota Europa ad hunc vsum inuenitur præstantior. In Vosagi montis valle fontes conspiciuntur tanta gemmarum ac vnionum seu Margaritarum aut Baccarum copia abundantes, vt in tota Germania nullæ ijs frequentiori in vsu sint, quæ vel ab ipsis gemmarijs longè præferuntur Indicis ac Orientalibus. Lazuli etiam lapis quidam, quem & Azurum vocant, nitore & coloris præstantia omnes ferè gemmas superans. Chalcedonius autem tantæ magnitudinis ibi nascitur, vt mediocris magnitudinis poculum rex vno sibi tornari curauerit præfectus Dolensis, quod fide digniss. Abrahamus Ortelius vidisse se affirmat. Præterea & lacus est, quatuordecim miliaria in circuitu complectens, carpiones producens mirandæ magnitudinis, tres videlicet pedes longos & vnum latum, & saporis adeo suauis vt totius Europæ carpiones longè superent. Atque hic lacus trienno quoque retibus expiscatur, ex eaq; piscatura, quod vel pueris notum est, circiter sedecim Francorum millia Lotharingiæ duci proueniunt. Quid, quòd & generosissimorum equorum fœcunditate celebratur, feritate enim Turcicos, celeritate ac dexteritate Hispanos, magnitudine Anglicos superant. Similiter & viros proceros atq; agiles, fœminas autem bene formatas regio hæc procreat. deniq; omnium rerum prouentu quæ ad vitam humanam sustentandam requiruntur, felix est. Franciscus quidam Roseus librum singularem conscripsit, in quo copiosè agit de stemmate & origine, rebus item præclarè gestis ducum Lotharingiæ. Munsterus etiam eorundem ducum seriem accuratè satis in Cosmographia sua percurrit. Terminatur autem regio ab Ortu, Alsatia, à Meridie, finibus Burgundiæ, ab Occidente, Campania & montibus Heluetijs, à Septentrione verò, Eyphalæa, siue montibus & syluis quæ à Lucenburgensi ducatu Flandriam versus protenduntur.

BVRGVNDIÆ DV-
CATVS.

AB antiquis temporibus sæpe tentatum fuit vt Burgundia erigeretur in regnum, sed nunquam diu constitit in hoc fastigio. Quin & Carolus vltimus dux Burgundiæ laborauit apud Fridericum Imperatorem vt conaretu in regem, at non fuit illi concessum. Anno Christi 1020. factus est rex Burgundiæ Rudolphus gener Burchardi ducis Seuorum, cuius filiam Bertham habuit vxorem & idem socer Conradi Imperatoris. Complectatur tunc Burgundiæ regnum Sequanos, Superiorem Burgundiam, Allobroges qui hodie vocantur Sabaudi, Delphinatum & territorium quod est circa vrbem Arelatensem, vbi scilicet Rhodanus exoneratur in mare Mediterraneum. Sed non longè pòst diuisa est terra in multa dominia, vbi regum filij sunt multiplicati. Burgundia fuit diuisa in Comitatum & Ducatum, habuitq; anno Christi 1300. suos peculiares dominos, sicut & terræ Lugdunensis obtinuit suum principem. Porrò ducatus Burgundiæ, cuius præsens tabula typum exhibet, in ea Galliæ Lugdunensis parte sita est, quam olim Hedui tenuerunt. terminatur autem versus Septentrionem Campania & Velaunodunis, versus Occidentem Niuernensibus & Borbonensibus, Meridiem versus Lugdunum respicit, versus Ortum Rodel flu. eum à Sabaudia & comitatu Burgundiæ diuidit. Metropolis eius olim erat Authun, hodie verò Digion siue Dijon, in qua summum tribunal seu parlamentum (vt vocant) est. Sita est autem ad Ousche amnem pisculentum, in agro plano frugifero, cuius finitimi montes (vt accuratissimus terræ huius descriptor Turonensis testatur) vini pretiosissimi feraces sunt. Cùm aliquibus ab Aureliano Imp. condita existimetur, non desunt tamen qui antiquiorem ipsam esse credant. hodie autem vrbs est admodum amœna, arte & natura bene munita. Hanc sequitur Beaulne, cuius vinum, quod Belnense dicitur, cuius probatur: ædificijs egregiè exornata, atque arce à Ludouico XII. ibi locata, inexpugnabilis effecta. Xenodochium habet quod vel magnificentissimo regis palatio æquari possit. Grammatophylacio quoq; non destituitur. Anno 1098. Otto dux Cistertiense extruxit monasterium, in vrbis huius territorio, loco syluestri paludinoso, vnde etiam à Cisternis nomen sumpsisse creditur. atq; hoc ipsum Belleforestio teste, 1800. virilium monasteriorum caput est, ac totidem muliebrium. Tertium locum sibi vendicat Austun siue Auttun, quæ Bibracte quibusdam (nullius tamen probati scriptoris testimonio munitis) esse perhibetur. Cùm ex alijs, tum præcipuè Cæsare liquet amplissimam ac populosissimam olim vrbem fuisse. conspicitur autem & hodie collapsa ac diruta theatri cuiusdam structura, præter statuarum ac columnarum ruinas, destructa aquagia, deiectasq; sexangulas columnas, aliaq; innumera propemodum antiquitatis monumenta: quin & numismata haud pauca, vasa quoque & alia olim vsurpata supellectilia quandoq; reperiuntur. euersiones namq; duas perpessa est insignes, alteram in bello Gallico, Caio Cæsare summo belli duce, alteram sub Gallieno Imperatore. Restauratam verò eam deinceps esse à Constantino Claudij filio, ex Panegyrico Eumenij liquet, dum ipsam Flauiam Heduorum appellat. Hodie etiam templis & publicis ædificijs magnificè exornata est. Post hãc Ausonne ponitur, qua Matisconense castrũ Antonini, hodie Masconnuncupata, olimq; Comitatus titulo nobilitata. probare conatur Paradinus ex Gunthranum edicto in hac primùm vrbe diem Solis pro Sabbatho à Christianis sanctificatum. De huius vrbis rebus gestis peculiarem libellum fecit Philippus Bugnonius. Hæc olim Guntrami sedes fuit regia, quam tamen postea Lotharius Ludouici


SEPTENTRIO
OCCIDENS
NIVERNOIS
BVRGVNDIAE INFERIORIS, QVÆ DVCATVS NOMINE CENSETVR. DESC.
In qua omnes locorum ac flumorum distantiæ ad amussim dimensæ comperiuntur.
1592.
Scala milliarium Burgundicorum
ORIENS
FRANCE COMTE
Autonne
Viscomte d'Aux
BONNOIS
MERIDIES

Pij Aug. filius excussit, funditusq; ita euertit, vt vix alicuius ibi vrbis vestigia agnosci potuerint: hodie nihilominus florida est ciuitas, & ad merces inuehendas aptissima. Habet præterea ducatus hic ciuitates & oppida haud vilia, vtpote Chastillon, Flauigni, Saloigne, Noiers, &c. quas omnes copiosius persequitur Belloforestius Illud denique ex Petro Saniulano adijciemus, quòd contra omnium qui hucusq; vixerunt, sententiam, Burgundiæ vocem contendat non compositam esse ex Burgis vndique constructis, sed à loco quodam peculiari Burg Ogne dicto: inter Luzam enim ac Thilastellam planiciem esse ait, quam Valdogne indigetarunt, in eaque olim siue Burgum siue vrbem munitam fuisse, ex eoque nomen traxisse Burgundos seu Burgundiones, quos vernacula lingua Bourgognons vocant. Atq; idem eorum ridet sententiam qui ex Sarmatia & à Mœotide palude in hanc terram olim migrasse incolas opinati sunt, cum reuera ipsos Aborigines esse asserat.

CONsentiunt in hoc veteres scriptores, Ianum, qui & Ogyges, eo tempore venisse in Italiam, quando Mundus adhuc fuit aureus, & homines iusti. Ipse docuit homines plantare vinum & frumentum, & de eis facere oblationes, atq; temperatè inde viuere. fuit namq; Ianus sacerdos & vir religiosus, doctus, philosophus & Theologus: fuit, inquam, pater deorum & hominum, caput & rector totius primi generis humani, à quo suo ævo magni & lati orbis pendebat custodia. Egressus est Ianus iste post diluuium ex Aramea, quę postea Armenia, in Italiam, condiditq; in ea ciuitatē quam de suo nomine Ianuam appellauit, quæ hodie Genua dicitur, postea verò tota regio ab eo Ianicula est denominata. porrò vxorem eius aiunt Vestam fuisse. Deriuatur autem Iani vox ab Hebraica voce Iaijn, quod vinum significat, denominaturq; ex eo Ianus, quòd primus fuerit inuentor vini & conseruator humani generis in diluuio. is aūt fuit patriarcha Noah, quem & gentiles agnouerunt ex maiorum suorum dictis. Sub eo recenti Mundo pura illa vixit ætas quæ aurea dicta est, annis ferè 250. post diluuium. Cùm autem Hesperus in Ianiculum concessisset, ab eo denominata est Hesperia, etiamsi Macrobio placeat sic dictam quod Hespero stellæ sit subiecta. Fuit etiam aliquando à Camese Camesena, & à Saturno Saturnia dicta. Item ab Aegyptio Osiride, qui & Iupiter cognominabatur, qui tamen Dionysius vocabatur, dicta est quibusdam Taurina: adeptus enim fuit inclytam victoriam contra gigantes. Quin veteres non raro vocitant eam græco vocabulo Oenotriam, vel à bonitate vini quod ibi nascitur, vel ab Oenotrio Sabinorum rege. Tādem verò dicta est Italia ab Italo Siculorum rege, qui agriculturam Italos docuit & leges posuit. Proinde duo maria quæ Italiam includunt, nempe Adriaticum à ciuitate Adria, quæ & Atria dicta, cuius situs non longè abest ab ora Padi, fuitq; olim ciuitas magna & ampla, vbi nunc ager Ferrariensis iacet, cuiusq; vestigia adhuc parua quædam extant: à qua non solum mare Adriaticum, sed & Athesis præterlabens fluuius, Atrianus vocatus fuit: etiamsi Strabo vrbem potius à fluuio denominatam fuisse dicat. Tyrrhenum verò mare, à viro Græco nomine Tyrrheno nomen accepit, qui ex Lydia in Italiam veniens certam oram terræ de suo nomine Tyrrheniam vocauit. Id autem haud diu post excidium Troianum factum scribūt. Ob insignem igitur fertilitatem qua Italia est prędita, illico post diluuium habitationi est adapta, culta & castellis adornata, atq; frequēti habitatore repleta, qui & diuersis eius locis, & successoribus suis nomina sua reliquerunt, tametsi quidam temporum successu propter translationes aut aduentum aliorum populorum quoque mutati sint è sedibus suis. Porrò hæ numerantur principales partes & regiones Italiæ: Histria, Galliatogata, Liguria, Tuscia, Vmbria, Latium, Campania, Apulia, Calabria & Græcia magna. progressu tamen temporis alia atque alia nomina partionesq; succreuerunt. Aelianus de Italia hæc scribit: Incoluerunt Italiam plurimi homines, & vix est terra in qua plures fuerunt coloni quàm in Italia, idque propter summam & eximiam eius fertilitatem, dispositionē marium, & commoditatem portuum maris. superauit etiam mansuetudo incolarum omnium aliarum nationum incolas, & numeratæ sunt olim in ea 1166 ciuitates. Nostra verò tempestate multa oppida subuersa sunt, iacentq; in ruderibus. multiq; duces quos nacta est intra 359. annos, nullam ei attulerunt vtilitatem, nec defensa est ab eis. notantur etiam quidam Rectores de tyrannide, nempe qui occuparunt patrimonium S. Petri in iacturam sedis Apostolicæ. Hæc Aelianus. Vtque omnia paucis comprehendamus, Guilhelmi Kyriandri verba subijciemus. Italiam (inquit) videre atq;


ITALIA
SCLAVONI
CROATIA
BOSSENA
SARDINIA
CORSICA
SICILIA
MARE TYRRENUM
MARE IONIUM
MARE ADRIATICUM
GOLFO DI VENETIA

cognoſcere,inprimis eſt operæprecium:Nam ſi varias Impiorum formas,ſi bene,melius, atque optimè conſtitutas reſp.ſi leges diuerſas, ſi præclaros homines & ingenia, diſciplinarum etiam & artium omnium alumnos,ſi morum non modò optimorum, ſed etiam peſſimorum exempla,ſi corruptelas,montium aſperrimaq́; iuga,conditiones agrorum varias, facultates omnium rerum quæ terra continet, inexplicabiles,ſi portus nobiliſſimos, & littora multorum marium vndis circumfuſa, ciuitates pulcherrimas,ædificia magnificentiſſima,nouarum vrbium res florentiſſimas,veterum miſerandas reliquias,totius antiquitatis veſtigia, virtutum cunctarum trophæa: vitiorum omnium monumenta,naturæ operum varietatem infinitam, breuiter, quicquid excogitari queat,ſi deſideres,in Italia in ſit, extra Italiam haud quærendum crediderim. Hactenus Kyriander. Flumĩnibus rigatur plurimis,ac penè innumerabilibus,quorum præcipua ſunt Tyberis,Padus,Arnus,Vulturnus,Loſatus,Iefernus,Sanguicus,Piſcarus,Druentus,&c. Mons Italiæ totius præcipuus eſt Apenninus,quem ſic dictum ferunt ab Api priſco duce, qui totam Italiam deuicit. perpetuum huius montis iugum inſtar eſt Italiæ dorſi,quod elatum Italiam diuidit, per mediam regionem ſenſim incedens tandem in duo cornua diducitur,alteroq́; ſiculum,altero Ionium mare reſpicit. Syluarum præterea,thermarum ac minærarum copiam regio tota exhibet.

Siciliæ insulę nomen à duce Siculo ortum tradunt, quem Neptuni filium fuisse ferunt. Prius verò Trinacria vocabatur, quòd tribus promontorijs triangula esset, vnde Ouid. libr. 4. Fast. *Terra tribus scopulis vastum procurrit in æquor.*
Trinacris à positu nomen adepta loci. Tria verò ista promontoria sunt: Pelorus ad Italiam & Aquilonem vergens contra Scyllam, hodie Capo del faro dicitur. Alterum Pachynus ab aëris crassitudine, nunc verò Caput passarum dicitur. Tertium est Lilybæum, Africæ & Libyæ oppositum. Hinc cœlo sereno videri potest. Africa, hodie Capo boco. Sicania olim dicta, vel à Sicano rege, vti Solinus & Capella, vel à Sicanis antiquis indigenis, vt Diodorus Siculus, referunt Siciliam insulam principio à Cyclopibus habitatam, præter authoritatem scriptorum testantur etiam cadauera, seu schelota enormis mensuræ ac proceritatis in ea reperta, cuiusmodi tradit Bocatius in antro quodam montis haud procul à Drebano vrbe sito: cuius corporis longitudo 30. circiter pedum colligitur. Post hos autem eam incoluerunt Sicani, deinceps Siculi, mox Indi, Troiani, Cretenses, Phœnices, Calcedonij, Cornilij & reliqui Græci, Zanclei, Guidy, Morgeti, Romani, ac denuo Græci, Gothi, Saraceni, Normanni, Lombardi, Sueui, Germani, Galli, Arragonij, Hispani, Calatani, Genouenses, & tandem Pisani, Lucenses, Bononienses, Florentini, qui populi omnes diuersis temporibus diuersa Siciliæ loca occuparunt habitaruntq;. Incolæ moderni ingenij habentur acuti, subtilis, nobilis ad inueniendum, natura facundi facetiq;, sed vltra modum loquaces, vnde prouerbio locus, Gerræ Siculæ. Lingua vt plurimum vtuntur Italica, verùm minus grata politáve. ac eosdem etiam moribus, habitu, reliquoq; victu referunt. Regni titulo decoratur insula: estq; diuisa vniuersa in tres prouincias, quas valles vocant, ac desinit quæq; vallis in vnum ex præmontorijs. Prima Demino vel Demona vallis Pelorum promontorium habet, & nemorum plena est. Altera vallis de Notho dicta, & frumentarijs tum campis, tum nemoribus læta, pecorumque fœcunda, Pachinam continens. Tertia vallis Mazaræ dicitur, frugiferarum arborum penè impatiens, messibus armentisq; abundans, Lilybæum sibi vendicat promontorium. Regni metropolis est Panormus, vrbs vetustissima, sita in valle Mazaræ, loco amœno & fertilissimo, ad Septentrionem spectat, pelagoq; alluitur Tyrrheno, muris septa perquàm altis, & secundum mare arx est, quam castrum ad mare nominãt. Tres item antiquæ ciuitatis portæ, & veteres muri multis cum turribus lapide quadrato constructi. Inueniuntur lapides literis inscripti, quibus Noë temporibus fuisse Panormum planè constat. Dulcium arundinum, quas canamellas vocant, quarum ex recocto succo fit succharum, fertiles in Panormitano agro sunt messes. Syracusæ regia olim ciuitas in valle de Notho sita, vrbs quandoq; maxima pulcherrimaq;, ac triplici septa muro, portus etiamnum duos habet, qui cùm diuersos inter se aditus habeant, in exitu sunt coniuncti, quorum coniunctione insula ipsa disiungitur. ea tanta fuit vt ex quatuor aliquando vrbibus constaret, quarum vna est quam diximus insula, quæ duobus illis portibus cincta (magnum & paruum vocant) quæq; in præsentia, cæteris solo æquatis, tantummodo stat. in vrbis huius insula fons est, cui nomen Arethusa, poëtis celebratissimus. agri Syracusani omnium quæ ad victum humanum pertinent rerum longè fertilissimi sunt: tritici etiam, omnisq; leguminum generis lætissimas ferunt segetes: Catinia ciuitas in Demona valle mari vicina. ager Catanaicus totus fertilis est, & præsertim vinum ibi natum præstat omni vino Siculo. Agrigentum peruetusta ciuitas, in Mazaræ valle Phalari tyranno nobilis, quem æneo boue tormento sæuissimo donauit Athenienſis faber, Perillus cuius supplicij ipse primum edidit speci-


SEPTENTRIO
SICILIA
MARE
TYR
RHENVM
MONA
VAL
DE
MAZARA
MARE ME
DITERRANE
um versus Græ
ciam
et Moream
Milliaria Italica communia
AFRICVM
ORIENS
MERIDIES

men. Messana quoq; vetusta Siciliæ ciuitas est in Demona valle sita, hodie satis prospera & pollens. ab Italiæ finibus Charybdis freto, portuq; natura ipsa discreta, ab occasu collibus munita, tritici messibus, quia montibus clauditur & pelago, caret: nemoribus abundat, sed tota propè eius messis in mororum folijs consistit. probatissima enim à Messanijs lana serica in multas Europę partes mittitur, Plinius in hac insula vrbes 72 numerauit. hodie Episcopales continet 12. Insula est nobilissima, fertilissimaque rerum omnium, Cereris, Bacchi, croci, mellis, succhari, olei, plantarum ac simplicium medicinalium. Fluminibus rigatur plurimis, ac portus exhibentibus tutissimos. Montes habet aërios, aquarum dulcium, fontium q; copiosos, fructiferos & amœnos, Aetnam montem, nunc Montgibet dictum, mirum suis incendijs. Minærarum præterea diues est Sicilia: generat enim aurum, argentum, ferrum, alumen, salem tum coctilitium, tum fossilitium; præterea & satis speciem ex marina aqua coagulescentem. Generat insuper gemmas pretiosas, Smaragdos, Agatos, in Acatio amne. Effoditur & Berillus in magna copia. item Porphyrites lapis omnium ferè colorum; nec non Iaspis, & in mari iuxta Messanam & Drepanum generatur Corallium.

Thermis hinc inde abundat, calidis tepidisq; sulphureis aluminatis, cuius materiæ ibi ingens copia: vnde & montium conflagrantium ignes. laudatissimæ tamen Cisalenses thermæ habentur.

GRAECIA.

GRæcia Europæ regio, quæ & Hellas, à quodam Græco, qui latè in ea olim rerum potitus, sic appellata. Mutauit quidem sæpius nomen suum, subinde à regibus præsidentibus nomen accipiens, sed nullum firmius ei mansit quàm Græcia. Hæc itaque ab isthmi angustijs incipit, & à Septentrione in Meridiem vecta, qua Sol oritur Aegæis, qua occidit Ionijs, fluctibus obiacet. Thermopylæ mediam dirimunt, vt Apenninus Italiam. Extremos montes ad Occasum Oetam vocant, quorum quod altissimum est, Gallidromum appellant, per cuius vallem in Malliacum sinũ iter est, non latius sexaginta passibus. Hęc vna via militaris est, per quam si nemo prohibeat, traduci potest exercitus. Cætera loca adeo ardua & perplexa, vt ne expeditissimis quidem sint peruia, ideo pylæ quasi portæ dictæ, & à calidis aquis inibi nascentibus Thermopylæ. Iacent ad mare versa, Acarnania, Aetolia, Locris, Phocis, Bœotia, Eubœa penè terræ annexa. Attica & Peloponnesus longius prędictis in mare excurrunt, diuersa montiũ specie, & qua ad Septentrionem obuersa iacet, includitur Epirus, Magnesia, Thessalia, Pthiote & sinus Malliacus. Nobilior autem Græciæ pars est Peloponnesus, iungiturq; Atticę per isthmum, totius Græciæ quondam arx dicta. Nam præter inhabitantium in ea gentium nobilitatem atque potentiam, ipse locorum situs principatum designat atq; imperium. multi sinus insunt & promontoria multa. Angustias eius perfodere nauigabili alueo Demetrius rex, dictator Cæsar, Gaius princeps, Domitius Nero, infausto, vt omnium exitu patuit, incœpto tentauerunt. Græci principes, postquam Turcarum potentia in Europam penetrauit, ex mari ad mare producto per angustias muro, Peloponnesum à reliqua Græcia disiunxerunt. murum hexamilium appellauerunt ex loci distantia. hanc prouinciam hodie Moream Latini vocant, contineturq; in ea Messania, Laconia, Argos & Arcadia. Amurathes expugnata Thessalonica, subacta Bœotica & Attica, ad hexamilium vsque profectus, perterritis Græcis diruit murum, tributumque annuum dedentibus se Peloponnensibus imperauit. Postea verò Christiani negantes tributum, & hexamilium instaurantes, à Turca pecunia mulctati, hexamilium denuo est destructum, & Peloponnesus Turcarum subiecta imperio. In Sparta Laonciæ metropoli olim vixit Lycurgus insignis philosophꝰ, qui ciuitatẽ optimis institutis & legibus excoluit, cũ antea ferè ex omnibus Græcis soli Lacedæmonij pessimè morati essẽt; introductis autẽ varijs ac prius inauditis moribus legibusq;, ne dura nimis viderentur esse instituta illa delicatioribꝰ, eorũ autorẽ Apollinẽ finxit, & inde se ea detulisse. Si quis igitur Laconica ingenia ꝓpius aspicere aut penitꝰ cognoscere desiderarit cõsulat Apophthegmatũ volumen Des. Eras. Vt autẽ æternitatem legibus suis daret Lycurgus, iureiurando ciuitatem obligauit, nihil eorum quæ sanxisset mutaturos priusquam reuerteretur, sed ad oraculum Delphicum profecturum, consulturum quid mutandum addendumúe legibus suis videatur. profectus igitur in Cretam, perpetuum ibi agit exilium, moriensque ossa sua in mare abijci præcipit, ne Lacedæmonem dalata, Spartani se de non mutandis legibus à iuramento absolutos putarent. In medio Peloponnesi sita est Arcadia, regio montosa, cuius incolæ plerique sunt pastores, apud hos in magno pretio fuit Lysania, qui ob virtutes eius præclaras Iouis nomen adeptus, habuitque postea in Olympia Arcadiæ ciuitate templũ suum, vetustate & cultu nobile, eratque ante templum lucus oleastris consitus, ex quibus victores connexis ramis coronabantur. Claruit & Prometheus in Arcadia, vir acutiss. ingenij & spectatæ peritiæ, primus hic de terra hominum simulacra formauit, & arte quadã


GRAECIAE
VNIVERSAE
SECVNDVM
HODIERNVM
SITVM NEO
TERICA DE
SCRIPTIO
Jacobo Castaldo Pe
demontano Auctore
MARE HADRIATICVM
Golfo de Venetia
ITALIAE PAR
MARE AEGEVM
Mar Maggiore
Mar de Marmora
Roma
Thules
Lamboli
Scutia
MERIDIES
TERRA
NEI PARS
ORIENS

veluti ſpiritum habentia moueri fecit. inde cùm in altiſſimo Caucaſo monte reſideret,& Aſtronomiæ operam daret,eam primus Aſſyros docuit. quando & ignem primus è ſilice eduxit. Floruit quoque in Arcadia Atlas vir multæ contemplationis,qui & aſtrorum curſum inuenit, & primus de aſtronomia inter Græcos diſſeruit, propter quod finxerunt eum cœlum portare. Meſſenia autem tertia Peloponneſi regio admodum eſt fertilis,multisq; amnibus irrigua. Quod ad exteriorem Græciam,omnes ſcilicet iſtæ Græcorum terræ quæ extra Peloponneſum ſunt,huius celebratiſſima vrbs Athenæ olim fuêre,in Attica nimirum regione, literatorum ac philoſophorum mater. nam ipſo etiam ſitu ſpectabilis,& velut commune quoddam totius Græciæ ὁρμητήριον fuit & refugium,in quod vicinæ vrbes bellicis terroribus aut alijs malis afflictæ confugiebant. fuit & tutiſſimum ad nauigandum receptaculum. fuit totius mũdi gymnaſium & vniuerſale ſtudium,nec quiſquam olim doctus habebatur qui non apud Athenas literis operam impendiſſet. Strabo ſcribit Athenas petram fuiſſe in planicie ſitam,inq; orbem circum habitatam,in qua Mineruæ templum fuit, eratque in eo templo ſimulacrum quod è cœlo cecidiſſe credebant incolæ vbi perpetuus cum virginum cœtu fouebatur. Theſſalia campus eſt maximus ac curuus, vndique montibus cinctus,ab Oriente Oſſam & Pelion habens montes, ab Occaſũ Pindum. ab Aquilone Olympũ, & à Meridie Othryn. ex Pindo Peneus amnis exit,vndis lucidis amœnus,viridanti riparum germine,canoro auium concentu. In Bœotia ſunt vrbes inſigniores Megara Euclidis patria,& Thebæ patria Bacchi & Herculis,ab Alexandro magno poſtea euerſæ.

SCLAVONIA, BOSNIA, CROATIA, DALMATIA.

PRocopius author est, Sclauenos Scythicam gentem tempore Iustiniani irruisse in Illyricum, multasq; strages edidisse, prædas abegisse, & incommoda multa vicinis intulisse, tandemq; inter Illyricos consedisse, atq; hinc Illyricos Sclauos dictos. Subijcitur ea regio hodie partim Vngarico regno, partim Venetis. inhabitant plerunque lignea ædificia culmo contecta, præter paucas littorales vrbes, in quibus humanius degunt tellurem optimam colunt, vbi, teste Aristotele, bis grauidæ pecudes, & quater in anno tondentur. duobus principalibus alluitur tota regio fluminibus, Sauo & Drauo, qui in Danubium corruunt, vltra montes verò plurimi amnes erumpunt in sinum Adriaticum, vt sunt Edanius, Ticius, Naron, Khizon & Drinus. Ciuitates insigniores, Flamona, Senia nunc Segnia, Enona nũc Hona, Iadera pro qua bellum diuturnum inter Venetos & Pannonios, Scardona incolumi adhuc nomine, Spalatum vbi olim Diocletiani palatium, Epidaurum à Gothis dirutum, è cuius ruinis Ragusia iuxta ædificata, Scodra nunc Scutarensis ciuitas.

BOSNENSES venisse putant à Bessis Bulgariæ populis, qui cùm viuerent in discordia cum Bulgaris, excluſi inferiori Mœsia, sedem posuerunt in Mœsia superiori, iuxta Sauum fluuium, factumq; temporum decursu, vt in vocabulo gentis è mutaretur in o, & ex Bessis fieret Bossis, atq; inde Bosna & Bosnia: quales mutationes in multis alijs proprijs nominibus sæpe factas inuenimus, vt olim Melita, & hodie Malta, Longones & Lingones, Scandia & Schondia, Batauia die Betaw/&c Quando ista prouincia in regnum fuerit sublimata, non inuenio. Scribit quidem Bonfiniu, Ludouicum regem Vngariæ circa annum Christi 1345. quum reliquias Tartarorum ex regno suo pellere conaretur, vocasse Stephanum principem Bosnæ, cuius filiam vxorem duxit in auxilium, quod potens esset, amplissimamq; haberet terram, quæ ad Macedoniam vsq; extenderetur. Alius quidam scripsit Bosnam tributariam factam regno Hungariæ. Anno Christi 1415. princeps Bosnæ defecit à Sigismundo rege Pannoniæ, inijtq; fœdus cum Turca. quod videns Sigismundus, cupiensque reducere Bosnam, misit magnum exercitium contra occupatores eius Turcas. sed Mahumetes fortior Sigismundo, fugato hoste retinuit Bosnam, præfecitque prouinciæ Ikachum principem. qui abutens officio suo, regemq; se faciens inuadit vicinas regiones, multaq; eis damna infert. qua re moti Vngari, collecta forti manu inuadunt Bosniam, regemque istum Turcicum occidunt, atq; omnes inde Turcas qui in eam prouinciam se recepe rant, in fugam vertunt: subiugata igitur sibi regione, constituunt in ea regem primũ ex Christianis. Bosnensis regni ante nostra tempora caput erat Iaitza vrbs, in edito monte sita, quam duo amnes circumfluunt, præruptisq; rupibus in vadis obfirmant. ad radices montis & ad ambitum vrbis amnes illi confluunt, admixtiq; vna in Sauum feruntur. à tergo profusa est planities. inexpugnabilem habebat arcem, hostibusque inaccessibilem. Habet hæc regio & alias quasdam ciuitates insignes præsertim Schuonicam & VVarbosanyen quam aiunt hodie esse metropolim, sed nullo cingitur muro. Milliatzka fluuius dirimit eam in duas partes.

CROATIA quæ Liburnia olim & Valeria dicta fuit, Istriæ ad sinum Flanaticũ adhæret versus Ortum, inter Cuspam & Sauum flumina, & superiorem Mœsiam sita, cuius metropolis nunc Bigihon esse dicitur: aliquando Fumium erat. Vrbes præ-


SCLAVONIA
CROATIA, BOSNIA &
DALMATIAE PARS
MAIOR
HVNGARIAE
PARS
RVDOLPHVS II D.G. ROM. IMP. SEMP. AVG. GER. HVN. BOH. DALM. CRO. SCLAV. ETC. REX ARCH. AVST. DVX. BVRGVND. ETC.
SCLAVONIA
OCCIDENS
BOSNA SERAIA
SERVIAE
PARS
MARIS ADRIATICI
PARS
ORIENS

terea habet plurimas, vtpote Zeng, VVackat, Turnavv, Modrisch. Hi populi cùm sub Illyricis aliquando comprehensi essent, iam Carbauatij, Coruatij & Croatij vocantur. Estq; totus hic Sclauorum tractus oliuetis vinetisq; speciosus, habetq; vniuersus oræ Illyricæ cursus maritimus optimos portus, cùm contrà obiectum Italiæ littus importuosum prorsus sit.

DALMATIA potentissima olim regio fuit, vt etiam incolæ fisi suis arcibus & munitionibus ausi fuerint rebellare Romanis, sed Augustus domuit eos, atq; magna ex parte incendio vastauit fortalicia & ciuitates eorum. Haud procul à limitibus huius regionis sita est ad mare ciuitas Apolloniæ, iuxta quam est petra quæ flammam ignis euomit, & infra eam ebulliunt aquæ calidæ & bitumen, præsertim quando petra ardet. Nec longè abhinc fodiuntur metalla, & implentur fodinæ rursum, vt post aliquot tempora iterum liceat hinc colligere æs. Salis quoque conficiendi modum in eiusdem Dalmatiæ finibus fuisse narrat Strabo. dicit enim Autauariatas & Ardiæos, qui Dalmatarum gentes erant, aut certè ijsdem vicini, inuicem assiduè belligerasse, quorum bellorum causa erat sal, quod in eorum finibus coagulabatur ex aqua. conuenerat autem inter eos vt per vicissitudinem congelatorio vterentur loco, conuenta verò transgressi manus conferebant. Terminos harum regionum certos exprimere, vix cuiquam licuerit, propter nimium confusos hodie earum fines.

HVNGARIA.

HVnc tractum primùm Pœones seu Pannones tenuêre, in de Hunni habuere gens Scythica. Mox Gothi ex insulis Germanici Oceani profecti, post Gothos Longobardi ex Scandinauia, etiam Germanici oceani insula, nouissimè rursum Huni, qui & Iuhri & Hungari postmodũ dicti sunt, ex alia Hugaria Scythica egressi, non longè à Tanais flu. ortu. Anares ijdem nonnullis dicuntur, qui eam regionem obtinuerunt. Hos Carolus Magnus octennali bello edomuit, prorsusq; excidit. vna tantum horum natione, cui Vgrorum & Hungarorum nomẽ est (nam multos secum è Scythia eduxerant populos Hunni) illis extinctis summota, ac vallo quodam inclusa. Sunt Hungari ferox hominum genus, & bello validum, equestri prælio magis quàm pedestri idoneum. Nulla gens Christiani nominis Turcarum arma magis exercuit: nulla ab his magis exercita est, adeo paribus animis, varioq; euentu est semper vtrinq; bellatum. Volaterranus ait, incultos ac procul à delicijs, hyeme vt reliquos Aquilonares in pyriterijs pellitos agere, potui ciboq; plus iusto vacantes. Idq; imprimis mirandum, cùm merum aromataq; præter cæteros mortales frequentẽt, iuuentutem tamen esse castam & absq; scortis agere: hominem interficere leui de causa promptum habent, idq; impunè licet. Latius etiam huius gentis imperium patuit, quàm terræ nomen olim: vnde plures ei prouinciæ annumerari cœpêre. Cùm enim ab Leyta flu. ad Sauum vsque quicquid est interiecti agri complexa sit, nũc inter Septentrionem & Ortum etiam vltra Danubium pedem intulit, magnamq; sibi Iazygum, Metanastarum, quos vulgo Transyluanos ac Septem castrenses nuncupant, partem vendicat, ac in Ortum Scythiam versus non parum protenditur: ac Mysiam, Daciam, Flacciam seu VValachiam & complures alias prouincias ad se arripuit, partimq; ijs suum nomen communicauit. Buda caput est regni huius & Basilica iuxta hanc & Strigonium quæ Aroniscorum sedes fuêre. Multæ præterea in hoc Regno vrbes sunt nobilissimæ: Alba regalis ad Sarroitzam flu. Regum coronatione & sepultura celebris, vulgò Stulweissenburg. Stridon quoque in ea sita est, diui Hieronymi patria: hinc Quinque ecclesiæ (Fünff Kirchen Germanicè) Sopronium, Laurinum & pleræq; aliæ Sclauonia trans Drauum flu. Hungariæ finitima est, & eius tanquam portio quædam. Vlterior Hungaria terram complectitur quam Gepidæ & Daci tenuerunt. à Silesia, Morauia & Polonia montibus Carpathijs separatur, à Ruthenia, Transyluania & VValachia transalpina separatur Maromarũsijs montibus & syluis. in ea sitæ sunt vrbes Posamiensis, Tornensis, Tirnauiensis (Tirnauia aũt patria est doctiss. viri Ioan. Sambuci (Colociensis, Zegedinensis, Varadinensis, ac pleræq; aliæ. Incolæ ferè omnes Scythica vtuntur lingua. Erat hæc terra, vt prisci rerum scriptores habent, nouem circulis circumdata, quorum singuli ita stipitibus quernis, siue fagineis, vel abiegnis extructi erant, vt de margine ad marginem viginti pedum spacium tenderetur in latum, totidem erigeretur in altum, ciuitas autem vniuersa aut durissimis lapidibus, aut tenacissima creta repleretur. Porrò superficies vallorũ eorundem integerrimis cespitibus tegeretur. inter quorum confinia arbusculæ plantatæ erant, quæ abscissæ projectæq; vtplurimum herbas ac frondes proferebant. De primo autem circulo ad secundum viginti miliarum Teutonica protendebantur, & inde totidem ad tertium, & ita vsq; ad nonum, quamuis alius alio semper contractior erat. intra hos aggeres vici villæq; ita constitutæ, vt ab vna ad aliam vox hominis audiretur. ædificia validissimis muris præmunita, portæ non satis latæ, propter hanc


Serenis: Principi D. Carolo
Archiduci, Maximiliani II
fratri dicatum.
Moraniæ fines
Po doliæ pars
Mons Carpathus
Sed Marcæ
Waml and
Transylvania
OCCIDEN
ORIENS
Marckfeld
Marckmalua
Homogsuag
Temeskws
Scharadalia
Coyoskus
Bulgariæ et
Mœsiæ superio-
ris pars
HVNGARIAE LOCA PRE-
CIPVA RECENS EMENDATA,
ATQVE EDITA PER IOANNEM
SAMBVCVM PANNONIVM. IMP. Mt.
HISTORICVM. ANNO DOMINI 1592.
5 10 15 20 25 30
MERID IES

cauſam, vt per eas latrocinandi gratia quaqua verſum exire ingrediq; facilè poſſent. tubarum clangore vnus circulus alteri cuiuſque rei certa ſigna dabat. hos poſtmodũ Carolus Magnus octenni bello domuit ac vaſtauit. Refert Volat. villis ac vicis regionem abundare ſtramineis, quas ſæpe reficiant ad ſubitam inimicorum incurſionem, vel alia leui de cauda flagrantes. Hominum robore, pecudum & armentorum fœcunditate, ſoli vbertate, metallorum copia, nulli orbis parti poſtponenda regio, omnibusq; cœli benignitate & clementia, ac loci amœnitate, ſitusq; pulchritudine, ſuo iure anteferenda. Ager rerum omnium copia ac fertilitate felix. Gemmas, aurum, argentum, colores, ſal, fodientibus abundè largitur. Pabuli, frumenti, leguminum ac fructuum nuſquam abundantia maior. Vinum gignit generoſiſſimum tractus Danubianus à Quinque Eccleſienſi agro Taurunum ſeu Belgradum vſq; Flumina nonnulla optima auri ramenta ferunt. Amnes penè omnes piſcoſiſſimi ſunt. Olea autem rara aut nulla eſt. Fluuij in hoc tractu nobiliores ſunt, Danubius, Sauus, Drauus, Sauaria, Corcora, Arabo, Tybiſcus, Marus ſiue Nariſius, Cuſus, Alutius, Bacuntius, Valdamus præter hos & alij ſunt fluuij ignobiliores. Lacus & Inſulę, thermæ item ac minæræ complures in hoc ſunt regno. Montes ac ſyluæ præcipuæ ſunt, Carpathus qui propagatur per comitatus Turocenſem, Arnenſem, Liptouienſem, Cappuſienſem, Gevvinerienſem ac Sarienſem. Matran mons vinetis prope Agriam conſitus; Erdel ampliſſimus in conuallibus Tranſyluaniẽſibus latè excurrit: Bakon in comitatu Veſperinenſi; Verthes, quem à clypeis den Schildtberg dicunt Germani; hunc vitiferi ſequuntur montes ad 5 Eccleſias. Inferior hæc Pannonia à Septentrione terminatur Sarmatis ſeu Polonis, Moſchisque, ab Occaſu Auſtriam Bohemiamq; finitimas habet, ad Meridiem Sauo flu. finitur & Illyrici parte quæ Adriatico pelago obuerſa eſt, ad Orientem Solem, Seruiam quam Triballi, Moeſij, Bulgari & Raſciani tenuerunt, nuncà quibuſdam Sagariam vocatam, eadem etiam parte VValachiam habet.

POLONIA.

POlonici nominis originem tradunt à planis campis, quos Pole ipsi verna cula sua lingua vocant. Dicunt enim ex Croatiæ populis in Dalmatia duos egressos esse fratres, Zechum & Lechum, quorum hic versus Orientem & Septentrionem tractum tenuerit, vbi planities latusq; campus erat, ex eoque Poloniam terram nominasse. Hi itaq; eiectis Vandalis, qui hoc loci olim habitarunt, hunc tractum occuparunt. Erãt aũt Vandali VVigevvonum populi à Vandalo Tuisconis & Manni nepote sic dicti, quem apud Tuiscones imperasse refert Berosus, tempore Altadis duodecimi regis Babyloniorum à quibus & Vandalus flu. quem Vistulam hodie vocamus, dictus est: eum namq; Vandali à fontibus ad ostia vsque ac coluerunt, ac inter Sarmatas Europæos commemorati fuêre. quamquam hoc contro uersum dicit Erasmus Stella, qui Peucinos Bastarnasque eadem loca tenuisse refert. Diuiditur autem Polonia in duas partes, quarum quæ Saxonibus Prutenisq; vicina est, maior Polonia dicitur, altera Hungariæ ac Russiæ obiecta, minor vocatur. Regnũ vniuersum velut in quatuor regiones diuisum, quas in orbem Rex quotannis inuisit: singulæ ternis mensibus alunt regem regiumq; comitatum. Complectitur minor Polonia Vistulæ fontes, ac Cracouiam celebrem & amplissimam vrbem, in qua regia Ist, totiusq; regni Gaza. Rundissa flu. vrbem circumluit, & aquæductibus etiam perluit. sita verò est Cracouia ad Valuelum montem, in cuius summitate regia arx est; floretq; Academia celebri, quam primum quidẽ Hedvvigus & Casimirus reges fundasse, Vladislaus autem anno 1400. restaurasse perfecisseq; dicuntur. Maior aũt Polonia complectitur famatissimas vrbes Guesnam, quam Lechus ædificasse ibidem in planicie dicitur. cæteræ ciuitates parum nitidæ sunt, ex maceria domus ferè omnes compositæ, pleræq; luto collinitæ. Regionis aẽr purus, sed frigidus rigensq; ac seuerę hyemes, plaga autem eius palustris & nemorosa, plana, rarissimisq; montibus cõspersa. Solum ferax, triticiq; abundans, nec minus hordei leguminumq;. Verùm nec olearum nec vinetorum patiens, ob rigidum vicinum Septentrionem: ideoq; etiam genti ignotus omnis vinearum cultus, ac rarissimus vini vsus, cùm bibacissimum sit hominum genus, vt totus Septentrio. Factitia ex tritico alijsq; generibus seminũ potio est in vsu. Est & pascuis idoneum solum, armenta latè pascuntur, vnde lacte, butyro, carne ac id genus edulijs abundant: Mirum autem cur totus hic tractus in Scythiam vsque adeo apibus abundet, vt cerę mellisq; nusquam maior copia sit nec artem ibi expectant, nec industria iuuari volunt, sibimet aluearia intra roborum excauata latera construunt, adeo vt grauissimas hyemes iuxta facilè ferant. Estq; hæc terra planè suis prædita floribus, & per æstiua nullos magis Sol aspicit, quando longissimus est dies, qui animali ad labores nato breuibus vmbris operam intercipit. vnde hic mellis ceræq; copia tam ingens, vt non satis his Polonis atq; Ruthenis loci superfit quibus illa recondant, arbores namq; omnes & syluæ aluearibus mellificantium nigricant. Venatio prętera Polonis multiplex est: eius enim nemoribus gignitur equus sylvestris cornu ceruino, Bos ferus, Romani vrum vocant, bisontemq;. Aucupium ibi largum, piscatioq; diues. Picis resinæq; quotannis ibidem collectæ ingens lucrum. Regio omnis nobilissimis fluminibus rigatur, quorum primum est Vistula, inde Chronus quẽ Pregel nunc vocant accolæ; hunc sequitur Nyemien ex paludibus ortus prope Kopiolovv. Post eum Rubon flu. in Lithuania ortus. Viadrus quoq; quem Oderam nũc dicunt, fontes suos Poloniæ debet, quos iuxta Odri nomine vicum cernere licet. nec procul ab his Vartæ flu. fontes visuntur iuxta Crumlavv vrbem. Tyras autem quem



Scala miliarium Germanicorum
Halticum Mare
Pomerania
Prussia
Polonia Maior
Polonia Minor
Silesiae
Russia
Podolia
Volhinia
Hungariae Pars
Septentrio
MAGNVS
DVCATVS
LITVANIAE
CRIMTIO
Moldauiae Pars
Meridies
Poloniae finitimarumque locorum descriptio Auctore Wenceslao Godfrecio Polono

Nyester nūc vocant, in Premiſlia ortus, verſus Eurum trahitur, ac Ponto Euxino miſcetur. Hypanis autem flu. Bugh hodie dicitur, ex palude oritur, haud ita procul ab Oleska vrbe, ac V Viſtulæ non procul à V Vyſchigrada miſcetur. Boryſthenes aũt cui nunc Nyepero nomen eſt, ex vliginoſo Moſcouiæ deſerto prolabens, in Euxinum quoque pontum degurgitat. præter hos ignobiliores multi allabuntur. Montes ferè nulli ſunt, præterquam qua in Meridiem vergit, & ab Vngaria, Sarmaticis, Capathijsque montibus, quos Tatri incolæ vocant, dirimitur. Syluis omnis penè regio obducitur, quæ omnes Hercyniæ portiones ſunt, vnde vicinis Germanis fraxinos ingenti copia miniſtrant. Plumbi metalla ingenti fodiunt abundãtia. Cupri quoq; particulæ crebræ apud Præmiſliam vrbem reperiuntur, cui tamen minimè inſidiantur. Nec auri mineræ illis defuiſſe creduntur, ſi eius venæ inquirantur. Salis fodinę hic binæ extant, altera Bochniæ vrbe, quatuor à Cracouia miliaribus diſita, altera Veliſci quam V. Vielitzham vocant, quinq; ab eadem Cracouia milliaribus diſtante. Veliſci quidem leuiori omnia opera conſtant: Bochniæ magnus in extrahendo labor eſt, cùm quòd multis in locis extrahitur, tum etiam quòd ex altiſſimis foſſis, interim per cuniculos trahitur, interim machinis ſubtus fabrefactis, attollitur, donec hac & illac vario flexu per cryptas prouolutus, & ſexies minimum ſubterraneis illis machinis ſublatus, demum ad ſupremi introitus fauces conuoluitur, vt claram in lucem attollatur. Cumq; Veliſci foſſæ ſint præter cameras, alicubi octo cubitis, multis interim lõgioribus, conſtat Bochniæ præter primarum faucium immanem profunditatem in altiſſimam foſſam octoginta ſcalarum altitudinem, durare, & quotidie fieri altiorem, innumera ſalis exciſa copia. Bochnianæ glebæ puriores ſalſioresq; exiſtimantur. Vtrobique per reliqui ſalis rupes, venæ quædam euagantur pellucidæ, & Chriſtalli modo nitidæ, ſalis gemmæ (vt recentiores cognominant) cuius præcipuus eſt in medicinis vſus. Apparẽt & venæ extincto carboni nigrore ſimiles, quarum materiam aurei pondere contritam & modico vino ſumptam, aluum ſoluere aiunt. Mirum verò inter tot fœcundæ naturæ miranda opera, ſpectaculum tanta altitudine ſolidos ſalis demitti montes, & cuniculis in tanta ſpacia adactis, ad lucernarum lumina moles ſubterraneas excauari. Nullus illic dies, nulla nox, ſed vmbræ tantùm ſine cœlo. Veliſci non rarò in gentium ſeſe templorum ſpecie cameræ offerunt, immanibus ſalis columnis extantibus, quibus ſuperiora ſolido & ipſa concreta ſale ceu fornices quidam ſuſtinendis montibus enati, imminent, grauiſſimo ſeſe pondere, admirabili quadam operariorum induſtria librante. Bochniæ mille quingentorum pondo Germanicorum graues micæ extrahuntur, & interdum maiores cædi aiunt. Hæc autem Romana pondo tria millia æquant. Eſt & in hac terra aliud naturę miraculum, quę apud Nochovv & Paluky oppida ollas ſua ſponte fingit formatq;, quę è terra extractę ac ſiccatę, vti factitię ollę vtiles ſunt. Sulphuris pręterea hic venę ſunt plurimę, cùm thermę nullę ſint.

OSVVIECZENSIS ET ZATORIENSIS DVCATVS.

HAEc amplissimi Poloniæ Regni pars est, ab ea videlicet parte qua Silesiã attingit: olim verò ad hoc Regnum non spectabat, sui enim iuris erat, Polonisq; regibus non parebat. Osvvieczensis quidem Ducatus ad Polonos peruenit anno salutis humanæ 1454. sub Casimiro III. Zatoriensis verò annis circiter centum post illa tempora sub Rege Sigismundo I. anno nimirum salutis reparatæ 1548. Poloniæ regno incorporatus rursus erat, idq; iure armorum. vt in historia sua Polonica testatur Cromerus. Vrbs autem Zator (quæ Zatoriensem Ducatum facit) fluuiolo Skavvæ imminet, qui itidem Vistula absorbetur. Sitæ sunt autem prouinciæ hæ inter Vistulam fluuium & Carpathum montem, qui & Sueuus dicitur ærisque rubri fœcundus est, quod Vngaricum vocant. quin in eodem etiam monte argentum effodiunt, ac reliquarum minærarum copiam præbet. Est autem mons vastissimus, ac per Silesitas Marauanioſque in Pannoniam Sarmatiamque protenditur. Vistula autem (Germanicè die Weixel) Poloniam à Germania separat, atq; olim, vt superiori folio diximus, Vandalus appellatus fuit. Atq; hic dubitari posset, fluuiusne à Vandalis populis, an verò populus à fluuio nomẽ suum mutuarit, si fides adhibenda esset dubiæ cuiusdam historiolæ, cuius in Cosmographia sua mentionem facit Munsterus, vbi ait Vandalos nominis sui etymologiam deducere à Vanda quadam Poloniæ Regina, quam pro assecuta contra Teutones victoria, fabulantur dijs seipsam immolasse, de ponte in Vistulã salijsse, & ab aquis suffocatam vno miliario à Graccouia; vnde fluuius in quo est submersa, dictus est Vandalus, & gens circumhabitãs Vandalitæ. Hac de re lege Vandaliam Krantzij. Idem etiam flu. quondam Istula dictus fuit, item Visula, Instilla & Instula: is in Carphatijs, Sarmaticisq; montibus ortus, qua in Iazyges, & Marcomanos Polonia imminet, in Codanum egreditur non vno ostio, & amplissimo antequam Dantiscum attingat, alueo, vbi mira piscium copia. atq; hic totius Poloniæ nobilissimus est fluuius. nam & priusquam Craccouiam peruenit, multi eum amnes influentes augent, vt sunt Biaza fluuius, Sala fluuius qui & ipse Kossoraba fluuio auctus, haud procul ab Osvvieczensi vrbe Vistulæ confluit. inde Skavva fluuius & Skavvinka è regione Craccouiæ, & perpauci alij. atque hi quidem ex Meridionali tantùm latere proueniunt. ex Septentrionali autẽ latere augetur Vistula supra Cracouiam Korzeniecza, Gostinia & Czerniechovvicza fluuiolis. Ad caput autem Vistulæ fluuij, Morauiæq; contermina, iuxta Carpathũ montem Teschnensis est ditio, quam Luti Burijq; olim habitarunt. Ab Occidente Ducatus hi Silesiam contingunt, à Meridie Hungariam, inter Meridiem & Occidentem Morauiam respiciunt, ab Oriente & Septentrione reliquam Poloniam. Quæ præterea de incolarum moribus, terræ qualitate ac fertilitate dici possent, ex superioris tabulæ, Poloniæ nimirum descriptione abundè satis depromere licebit: siquidem ambo hi Ducatus (vt supra quoque monuimus) ad amplissimum Poloniæ regnum spectant, eiusq; pars sunt.


Sta. Por. pinxit
Ma. Qui. sculpsit
SEPTENTRIO
ORIENS
OCCIDENS
MERIDIES
Ducatus Oswiczensis & Zatoriensis descriptio 1592
SILESIAE PARS
Morauiae confinia
HVNGARIAE CONFINIA
CARPATHVS MONS
PSCZINA
SKIWINA
WIECZIN
ZATOR
WADOWICZ
ZIWIECZ
Scala Miliarium
4
8
12
16
20



DANIA.

DAnorum nomen Saxo Grammaticus & Crantzius à quodam Dan patre Huniblo procreato, natum docent, qui nõ solùm gentis conditor, verum etiam rector fuerit. Horum tamen sententiam tanquam erroneam refutat Ioan. Becanus, aliamque nominis rationem, originem etymonq; prodit in Gothodanijs suis, in hunc modum scribens: Cimmeriorum pueri cùm populorum innumera multitudine crescerent, & longè lateq; Scythiam paulatim occuparent, varijs se nominibus nuncuparunt: alij aliud in ijs ponendis propositum secuti. Inter hos igitur fuerunt, qui quòd belli studijs potissimum oblectarentur, atq; in ijs non tam auaritia, quàm generoso animo dicati, victoriam & laudem potius quàm diuitias quærerent, nomen illud sibi ab eo animali sumpserunt, quod inter omnia plurimas naturæ dotes ad hunc scopum necessarias habere videretur. Gallum igitur gallinaceum, tum bellicæ laudis & generosissimi animi, tum indolis regalis, & militis strenui, & ad omnia momenta vigilis optimum exemplar, vt pro symbolo & synthemate quodam sibi acceperunt, ita nomen quoq; ab eo placuit mutuari. Vocarunt enim sese die Hanen, & compositè per concisionem Danen, aspiratione in d litera media delitescente. Sed quia Danum vocali prima in secundam mutata, Den, pro die hen dicere solemus, quorum illud gallinaceum, hoc gallinam notat, fit illud non citra cõuitium. Hi verò populi olim Cymbri dicebantur, traduntur que ijdem fuisse cum Nordmannis. Regio verò eorum Cymbrica Chersonesus, terra nimirum extrema continentis in Arctas extensa. Cuius populi nunc recensentur Saxones, Cymbri, Charudes, Phundusij, Cobandi & Chali, quos nos hodie vno nomine Danos dicimus. Regio titulo decoratur Dania, diuiditurq; in ducatus Holsatiensem & Slesvvicensem & Iutiam prouinciam, ac insulas complures. Porrò de Regno hoc Munsterus hæc refert: Tota Dania peninsularis est, constansq; multis partibus, maris faucibus intercepta. Prima est Orientalis, cuius potissima pars est Scania, in qua Lundensis Archiepiscopatus, quæ magnitudine et opibus facilè superat reliquas Regni prouincias. Alij vocauerunt hanc Daniæ partem Scandinauiam, pro Schondaniam, id est, amænã Daniam, alij Scaniam, alij Sconingiam. Multis igitur à scriptoribus nominibus appellatur, Schondia, Schondermarchia, Schondania. Plinius aliquo loco Scandiam & alio Scandinauiam nominauit. Sed mãsit illi Scondiæ nomen, quod pulchritudinem significat, quoniam, cœli beneficio, telluris obsequio, portuum & emporiorum commoditate, maritimis opibus, lacuum & fluminum piscatione, venatione nobilium ferarũ auri, argenti, æris & plumbi inexhaustis venis, oppidorũ frequẽtia, ciuilibus institutis nulli cedit beatæ regioni. Occidua pars Daniæ est Iutia quam Ptolomæus appellat Gherſonesum Cimbricam quæ instar linguæ procurrit inter duo maria longè in Boream. Habet autem Iutia pro termino Australi Eydoram flu. qui decurrit ad Occiduum, exitq; in mare Britannicum, Frisios dirimens à Dietmarsis, limes proinde Daniæ atq; Holsatiæ. Procurrit autem Iutia itinere sex dierum in Aquilonem vrbibus aliquot insignita ad vtrunque mare Balticum & Britannicum Hæc regio hodie præter ducatum Slesvvicensem in tres diuisa est Episcopatus Slesvvicensem, Ripensem & Arusiensem. Hæ itaque duæ regiones Scania & Iutia extremitates sunt regni Daniæ, & præcipua membra, quibus interceptæ sunt multæ insulæ, quarum locupletissima est Seelandia, in qua multæ sunt ciuitates & arces, atque regia ipsa Copenhafnia. Ibi Roschildia olim potens & munita ciuitas decorata templis ac regum monumentis, nunc autem ad tenuitatem habet hæc insula itineris bidui, atque latitudi-


DANIÆ
REGNI
TYPVS
Septentrio
Sue
driae Pars
Norwegiæ Pars
Oceani Germa
nici pars
Cimbricum Prom
Codanus Sinus
Halandia
Gothlandiae Pars
Oelant
Suevicum Mare, dum Mare Balticum,
hodie Germanis De Oost zee
Pomerania
Prussiae Pars
Occidentis
Orientis
DE
M
ARKE
Blecker
Bornholm
Lubeck
Stetel
Sverge
Cracow
Meridies

nem ferè æqualem. A Seelandia in Scaniam traiectus multi, breuissimus in Helsimborgi. Est Scania pulcherrima prouincia, armata viris, opulenta frugibus, diues mercibus, templis plena, & nunc halecum captura felix & insignis: vndiq; cingitur mari, præter vnum terræ brachium, quod porrigitur in Boream, & deinde recuruatur ad Orientem, vbi Suetiæ iungitur, sed intercedunt profundi saltus, asperrimæque rupes, per quas à Scania in Gothiam iter agitur tam difficilè vt ferè leuius sit marino discrimine vitare terrestrem laborem. In sinu Codano quindecim numerantur insulæ, quarum potissima Fionia, inde Falstera, Lalandia, & cæteræ minus insignes. Est & Fimbria, quam Cimbriam dici debere aiunt nonnulli; vnde Cherneso nomen. Fionia insula in longitudine habet miliaria duodecim, & in latitudine quatuor. Metropolis eius vocatur Otonium, vulgo Odensch, ciuitas Episcopalis, satis bene exstructa, sed malè munita, quippe quæ per bella sæpe fuit depopulata & exusta. ager Insulæ est valle fertilis, & qui nunquam stercoratur, ideo ante ciuitates magnus fœtor, ob pecorum abiectos fimos, qui ibi nulli sunt vsui. A Scania in Oriẽtem insulæ sunt multæ, quæ sæpenumero mutauerunt ditionem. Ibi Gothlandia nunc Danicæ coronæ, olim Suedicæ subiecta, ibi Bornholm cum nonnullis alijs. Ingressus in Daniam patet per Holsatiam, quæ regio mutuauit nomen suum ex lingua vernacula, eò quòd terra illa sit nemorosa & saltubus occupata, ad differentiam vicinarum partium, quæ palustres sunt & pascuosæ Cùm nobilitate atq; equestri ordine haud parum insignis hic sit tractus, nulla tamen illustrior in eo est familia, quæq; magis totum illud decoret regnum quàm Ranzouiana, quæ cùm antiquitate etiam polleat, virtute tamen atque opibus haud scio an cuiquam hoc nostro tempore cedat: quod non modò arces aliaque insignia ædificia ac monumenta ab ipsis extructa testantur, sed singularis etiam affectus ac studium quo omnes liberaliũ artium professores ac sectatores prosequũtur. Præcipuus ipsorum est, suspiciendus ille Henricus Ranzouius, cuius vtinam hæc nostra terra vnum tantummodo similem produceret, quod si fieret non dubitarem quin breui barbaries esset peritura. nunc aũt, quantumuis propensum ipsum liberalibus cunctis ingenijs esse notum nobis sit, cum Menalca tamen isto Vergiliano dicere nobis tantummodo dabitur:

Quid prodest quòd me ipse animo non spernis Amynta,
Si dum tu sectaris apros, ego retia seruo.

DIETHMARSIA.

DIethmarsia Marsorum populorum sedes & reliquiæ creduntur, ij nomen suum à Marso Tuisconis nepote Hermionis filio Germanorum rege repetunt, de his sic refert Althamerus: Sicut Tuiscones, Hermiones, Ingeuones, Istheuones, Germani, Teuthonica sunt vocabula, ita Marsi ἑρμαιον habent Germanicum. Veteres namque Germaniæ populi Saxones (quorum hi pars sunt (palustria & aquosa loca, Mers & Merludæ appellant. Palustres autem Marsos, sicut & Holsatos patria lingua dixerunt, locis nemorosis habitãtes: inde est VVilstermers, Crempermers, Dietmers. Cui sententiæ accedit etiam Albertus Crantzius lib. 1. Vandal. cùm inquit: Marsi concesserè ad Albim, quorum tenues reliquiæ in palustribus sunt non longè ab ostio fluminis Dietmarsi, VVilsermarsi & Crempermarsi: qui quoniam in palustribus locis habitant, obtinuit Saxonum consuetudo, vt omnes palustres, Marsi vocitentur. Et lib. 1. cap. 1. Idem sic ait: Quoniam in vetustissimis rebus, vbi reliqua nulla est in literis memoria, coniecturæ fit locus, omnem ego Holsatiam & Stormariam, in cuius solo fundata est Hamburga, Marsorum genti deputandas puto, quæ in solis palustribus nomen seruauit. In aridis autem habitantibus hoc nomen permisit, vt ad suæ gentis aliquam modò differentiam Holsati dicerẽtur, qui per vicina nemora vsq; ad terminos VVagriæ diffunduntur. Stormaria verò quasi Storremarsia, à Stora flumine appellata, vt pro Marsia Maria sit inolitum. Omnis autem ea Marsorum natio ab omni literarum memoria, fuit annumerata atque etiamnum inferiori Saxoniæ accensetur, quamuis hõdie Danorũ imperio subsit, hic enim Regum Daniæ primogenitus, quemadmodum Galliæ Regum in Delphinato, moratur: ac quemadmodum Stormariæ seu Storremarsorum Hamburgum ciuitas est sub duce Holsatensi, ita Dietmarsorum metropolis est Bremensis vrbs Episcopalis. habet & Meldorpiũ, Heinincksle, Tellincksle, ac aliquot alia oppida. Ob vicinũ Septentrionem frequentesq; lacus aere frũntur humidiore. Regio ipsa palustris adeo est, vt peregrinantibus, itinerantibusq; minimè peruia sit: quibus impedimẽtis freti, diu sese ab exterarum gentium vicinorumq; hostium incursu tutati sunt Syluis præterea tota implicata ac referta est, vtpote Borcholt, Burgholt, Aluersdorpenholt, Resenvvalde, ac complures aliæ Agri fertilitas ob nimiam humiditatem vix cõmendanda est. In ipso Cimbricæ Chersonesi introitu ad Albis fluuij ostia sita est regio, terminaturq; à Septentrione Eydero flu. & Danimarchia, ab Ortu Holsteinensi seu Holsatarum ducatu, à Meridie Albi flu. & Storemarsia, ab Occidente Oceano Germanico, vbi Heilichlandt & Busen insulas respicit. Porrò & hæc ex Henrici Ranzouij historia Cimbrica subijcere placuit. Diethmarsia (inquit) cum Holsatia cohæret, continensque cum illa, & inter Britannicum Germanicumq; mare (vbi vetustissima Cimbrorum sedes est (posita, ac situ naturaq; loci peregrè munita, gentem præsumptæ libertatis assertricem, bello fortem, multisq; victorijs elatam atq; ferocem semper habuit. Eius Maiores, Daniæ Regem Ioannem, eius fratrem Fridericum ducem, & alios principes, comites, multamq; & Danicam & Holsaticam nobilitatem quæ regibus ducibusq; suis militarem operam fidemq; præstitit, aut locorum iniquitate in palustres voragines depresserunt, aut nefariè trucidarunt, itaq; magnas de eisdem victorias rẽportarunt. Hos Fridericus II. Rex Daniæ, Ioannes & Adolphus patrui ac fratres Holsatiæ duces, vnanimi consesu, inuictis animis, & communi sumptu adgressi, magnisq; viribus in intimam Dithmarsiam penetrantes, tribus prælijs acerrimè re-


Thietmarsiæ Holsatiæ regionis partis hîpus Auctore Petro Bœckel
ein Dietmarsche meil
Oriens
Thiet:
Delste
THIET
MAR
SI
AE
DE
SCR
IPTIO
Occani Germanici
Pars
Holsatiae
Pars
Occidens
Albis
Mernus
Johann Bussemecher exc. Col. Agr.

pugnantes, incolas deuicerunt, & duo oppida, Meldorpium & Heidam, cepererunt. In qua quidem expeditione aſperrima, principes belli duces inuictorum Imperatorum, & virtutis militaris officia impigrè obierunt. Adolphus Princeps graui vulnere ſaucius, dubiam ſpem vitæ edidit. Ioannes Rantzouius, Regis, ac Principum decreto, ſummus belli dux, ex ſpherula plumbea vulnus accepit. Deuicti tandem Dithmarſi, Regi ac Ducibus ſupplices facti, fidelitatis iuramentum præſtiterunt, annuatim de ſingulis agrorum iugeribus thalerum, & dimidiatam meſſem ſimul promittentes. Hucuſq; Ranzovv. In cuius eruditiſſimis ſcriptis non de hac tantùm regione, ſed & plurims totius Septentrionis, præcipuè tamen Daniæ & Holſatiæ, prouincijs, permulta lectu digniſſima inueniuntur.

PRÆCIPVARVM ALIQVOT Europæ Prouinciarum enarrationis FINIS.

INDEX TABVLARVM IN HOC OPVSCVLO CONTENTARVM.

A.

Alsatia superior. 16
Alsatia inferior. 17
Anglia. 34
Artesia. 33
Austria. 5

B.

Bauaria. 15
Bohemia. 4
Bosnia. 45
Brabantia. 29
Brandeburgum. 8
Brunsuigia. 20
Burgundiæ Ducatus. 41

C.

Croatia. 45

D.

Dalmatia. 45
Dania. 49
Dithmarsia. 50

E.

Europa. 1

F.

Flandria. 30
Francia. 38
Franconia. 12
Frisia. 26

G.

Geldria. 24
Germania. 2
Græcia. 44
Groningensis ager. 25

H.

Hassia. 19
Heluetia. 3
Hispania. 36
Hollandia. 27
Hungaria. 46

I.

Italia. 42

L.

Leodiensis episcopatus. 39
Lotharingia. 40
Lutzenburgum. 32

M.

Mansfeldia. 11
Misnia. 10
Morauia. 6

N.

Namurcum. 31

O.

Osvvieczensis Ducatus. 48

P.

Palatinatus Rheni. 18
Polonia. 47
Pomerania. 8
Portugallia. 37
Prussia. 7

S.

Salisburgum. 14
Saxonia. 9
Scotia. 35
Sclauonia. 45
Sicilia. 43
Sueuia. 13

T.

Treuiris. 23

VV.

VValdeck. 21
VVestphalia. 22

Z.

Zatoriensis Ducatus. 48
Zeelandia. 28.

Errata quædam restituenda.

Fol.1.lin.pen.illa enim,fol.3.lin.25.vindicarunt.lin. vlt. miscens aquam.fol.5.b.1.ad Muer.fol 6.2.putantur. 7.31.sedes erat.12.11.adhuc.li.40.Rapa.13.34.dynastias.18.5.Electura.22.b 22.lege:vrbem vsq; Monast.ager vtcunque amœnus ac fertilis:ab Orientali autem Frisia Rhenam vsq; tellus planè,&c.fol.27.b.5.dele per. 35.20.cæruleis.

COLONIAE,
Typis Lamberti Andreæ,sumptibus verò Ioanni Buchsemechers.
Anno M. D. XCIIII.

